



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Lectiones Opvscvli I. Marialis super Ave maris Stella.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

OPVS CVLVM I.

MARIALE PARVVM

Sive

DE LAVDIBVS BEATISSIMÆ VIRGINIS
MARIAE DEIPARAE

Ex Interpretatione Hymni Ecclesiæ
AVE MARIS STELLA.

Quem per singulos versus prosequitur hic Tractatus Parthenius, Unde Conciones, vel
Exhortationes pro laudibus B. MARIAE Virg. desumi possunt.

INTRODVCTIO.

Postquam ex ore Angeli, & S. Elizabethæ, prodijt coelestis illa Salutatio
MARIE, quæ initium dedit salutis
nostræ, filij Ecclesiæ, quasi ab Ange-
lo & Elizabetha præcedenti & præ-
monitioni non deservit ad eorum imi-
tationem, Cantica Hymnos, Psalmos, Odas depro-
mere, ad eam salutandam, venerandam, coleandam.
Nempe ad implendum à se agnoverunt illud, quod
scriptum est in Proverbij de Muliere Forti, Dei-
param hanc præsignificante: Surrexerunt filij eius,
& beatissimam prædicaverunt. Hoc autem omni-
bus sæculis factitatum est, quia leiebant filij eius
verum esse, quod S. Damascenus dixit de ea: Virgo
omnium encomiorum legem excedit, nec si omnes veto
orbe lingua in unum coeant, eius laudes ora-
tione consequi possent.

Præf. 31.

Orat. 1.

de Nativ.

Hymnus

unde de-

ctus.

Diversi

in laude

B. M.

Cantica

composu-

erunt S.

Casim.

Mariale.

anno

1600

1601

1602

1603

1604

1605

1606

1607

1608

1609

1610

1611

1612

1613

1614

1615

1616

1617

1618

1619

1620

1621

1622

1623

1624

1625

1626

1627

1628

1629

1630

1631

1632

1633

1634

1635

1636

1637

1638

1639

1640

1641

1642

1643

1644

1645

1646

1647

1648

1649

1650

1651

1652

1653

1654

1655

1656

1657

1658

1659

1660

1661

1662

1663

1664

1665

1666

1667

1668

1669

1670

1671

1672

1673

1674

1675

1676

1677

1678

1679

1680

1681

1682

1683

1684

1685

1686

1687

1688

1689

1690

1691

1692

1693

1694

1695

1696

1697

1698

1699

1700

1701

1702

1703

1704

1705

1706

1707

1708

1709

1710

1711

1712

1713

1714

1715

1716

1717

1718

1719

1720

1721

1722

1723

1724

1725

1726

1727

1728

1729

1730

1731

1732

1733

1734

1735

1736

1737

1738

1739

1740

1741

1742

1743

1744

1745

1746

1747

1748

1749

1750

1751

1752

1753

1754

1755

1756

1757

1758

1759

1760

1761

1762

1763

1764

1765

1766

1767

1768

1769

1770

1771

1772

1773

1774

1775

1776

1777

1778

1779

1780

1781

1782

1783

1784

1785

1786

1787

1788

1789

1790

1791

1792

1793

1794

1795

1796

1797

1798

1799

1800

1801

1802

1803

1804

1805

1806

1807

1808

1809

1810

1811

1812

1813

1814

1815

1816

1817

1818

1819

1820

1821

1822

1823

1824

1825

1826

1827

1828

1829

1830

1831

1832

1833

1834

1835

1836

1837

1838

1839

1840

1841

1842

1843

1844

1845

1846

1847

1848

1849

1850

1851

1852

1853

1854

1855

1856

1857

1858

1859

1860

1861

1862

1863

1864

1865

1866

1867

1868

1869

1870

1871

1872

1873

1874

1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882

1883

1884

1885

1886

1887

1888

1889

1890

1891

1892

1893

1894

1895

anno 1040. Platus lib. 2. de Religi. cap. 32.

S. Antonius de Padua

Seculari in Regularis converteretur, habetur cap. 1. vitæ eius. Sed nunc ad singulos Hymnorum ver- sus, ad maiorem B. M. V. gloriam & honorem.

LECTIO I.

Thema. Ave Mariæ Stella.

Quicquid in cœlis pulchrum est & eminent, ac coruscans, symbolic & mystice MARIA V. solat attribui à SS. Patribus, propter eius eminentiam, pulchritudinem, lucemque admirabilem: simulque propter eius in inferiora hæc focendum influxum, per meritum, per dona, & efficacem intercessionem. Ideo vocatur, Cœlum, Sol, Luna, Aurora, Stella Matutina, Arcus Cæli, Thronus Dei, Sidus Mariæ, Cynosura, Pharus.

S. Damascenus vocat eam COELUM ANIMATUM: Virgo immaculata, quæ nulli inquinata est afflicta, sed celestibus educata cogitationibus, non in terram de- cetera est; sed cum esset Cœlum animatum, in celestibus tabernaculo collocatur. Similiter S. Chrysostomus eam sic laurat: Ave igitur Mater, Cœlum, Puella, Virgo, Thronus, Ecclesia nostra decus, gloria, & firmamentum Sic & S. Bernardus dicit: Omnibus firmamentis firmius firmamentum, tu Domina, quæ eam, quem cœli cœlorum capere non poterant, cepisti & concepisti, portasti & non defecisti. Tu in medio aquarum dirixisti aquas ab aquis, affectus videlicet æternorum ab affectibus temporalium. Posuisti in hoc firmamento Deum, Solem & Lunam, Christum & Ecclesiam, & Stellæ, prærogativas gratiarum multas.

Pulchritudo cali per claritatem spectatum, excellentiam ostendit Creatoris, sed multiplicius decoratur MARIA, in donis & miraculis, excellenti ostendit Redemptoris Pulchritudo est, illustrior & sublimior Cœlo sydereo, pulchrior, illustrior ac adentior Cœlo Empyreo & igneo, quia ipsa cœlum ipsum suo illustrat & exornat fulgore, suo accendit ardore, cœlique Dominum sua illecebra & oblectat pulchritudine.

An non hæc est Mulier, quæ Cœlo & terra magnam & adamante signum est? quæ Sol vestit, Luna calcet, Stellæ coronant? Dignum plane stellis coronari caput, quod & ipsi longe clarior micant, ornent eam potius quæ ornentur ab eis, inquit S. Bernardus. Sig. magu. An non ipsa est Aurora con surgens in Nativitate sua? Pulchra ut Luna in Filij sui Conceptione, Eleeta ut Sol in sua Assumptione, inquit ei devotissimus Rupertus? An non dea capimus: Hæc est Sole splendens Luna pulchrior, Aurora rutilantior, Stella præclarior? An deca verum est illud: Fons parvus crevit in fluvium, & in latum ac Solem conversus est?

Dicebat olim Iob: Si vidi Solem, eum fulgeret, & Lunam incedentem elare, & latatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam, quæ partem haberet Deus in me desuper, & hæreditate omnipotens de excelis? Hoc est, quomodo habitaret in me, quomodo mihi tanquæ filio & hæreditis gratia

WANT!

Sed ut propius ad propositum accedamus: Hymnum Ave Mariæ Stella, quis composuerit, non est ita certum & exploratum. Interim Ecclesia illum recepit, approbavit, laudavit, in suo Officium illi inserens. Imo cum Sacra Congregatio Rituum iussu Urbani VI. Hymnos reformavit, hunc intactum reliquit, ne immineret in eo pietatem contentam, & rerum maiestatem: ut dicitur in præfatione Hymnorum emendatorum. In plerisque Ecclesijs decantatur cum pia genflexione; continetur & in devotis laudibus & encomia Virginis in varijs Hymnis, Canticis, Litanij, latius diffusa & sparsa, ut patebit in sequentibus. Antior putatur idem Hermannus Contractus, de quo supra. Illi enim adscribit Jacobus Voragine in vita Pelagij Papa hæc tria: Salve Regina: Alma Redemptoris: Ave Mariæ Stella.

Author Hymni. Ave Maria Stella

In hoc Hymno delicabatur S. Bernardus, cui ferretur Sanctissima Virgo ex verberibus suis lac infulasse in os dum oraret, & coram imagine Deiparæ illud piensissime recitaret & ruminaret. Monstra esse Matrem. Quod quidem contigisse in Ecclesia Castellionis in Burgundia, ubi primus in faustis Matre Deo oblatum fuerat, ex ore cuiusdam gravis & docti viri, Ord. Cister, Prælati, accepit nec enim in vita S. Bernardi reperitur, quamvis id passim receptum à doctis sit, & iconibus etiam publicis expressum. Quod autem Bernardus in Ecclesia Castellionis infans oblatum fuerit, quodque illam ex

4
Cor. 13

Multiplato semen tuum sicut Stella caeli. An non & saeculum mira est saledine conspersum, licet in illo de Beatis agit A. ostolus dum dicit: Stella à Stella lo immer si oblectari videantur ad tempus, in praedictis in claritate itaque Virgo nostra Stella est, & vix tamen conscientia fluctibus amarulenti sunt: quidem Stella, quae reliquas omnes superat claritate, hoc est omnes Beatos; ita vt in conspectu illius quodammodo non appareant, qui maius lumen obtinet & obcurat minus. Hoc de ea dixit S. P. D. Augustinus Ser. de Assum. eam propterea non solum Stella comparans, sed & Sol, cuius dum radiat splendor, ceterae Stellae non apparent, & sunt quasi non sint. Quod si de influxu agimus, ipsa est Stella ex Iacob, cuius splendor & radius, & praesulget in supernis, & in fornacem penetrat, & terras perlustrat. Lustrat neque Beatos & Angelos in caelis, vivificat homines in terris, illuminat & consolatur animas in purgatorio, in locis inferis. Quadruplex eius radius, unus lucis, unus dirigens lucem in caelis, alter pontificis se deorsum erga animas in purgatorio agentes tenebris, tertius velut à latere dextrorsum tendens, vt iustos laetificet; quartus sinistrorsum, vt necciores illuminet, & à peccatis educat.

Dixerunt quoque olim nonnulli Physici, Hominem esse opus fidere, ita vt cum concipitur aut generatur, à Sole fortitur spiritum, à Luna corpus, à Marte sanguinem; Mercurio ingenium, à Iove desiderium, à Venere cupiditatem, à Saturno humorem. R. de autem mystice dixerimus omnia haec à nostra Stella in fluxu in nobis fieri. Quia per eius influxum peccatores recipiunt vitam, iusti pietatis humorem, A. ostolus & Doctores sapientiam & ingenium, Martyres sanguinem fortificant, Confessores & Religiosi magnum cum gaudio erga divina desiderium, Virgines perfectionis & virtutis ardentem cupiditatem & amorem. O felicem & multivariam huius Stellae influentiam & efficaciam!

Cur vero specialiter Stella Marii nominetur, rationem producit S. Bonaventura in Spec. Virg. sic dicitur: Nauta dum in aliquam terram partem navigare disponunt, unum sidus eligunt cuius signo & luce radiantis, in eam quam desiderant partem, possunt sine errore adduci. Sic officium gerit Maria Stella marinis, quae navigantes per mare mundi in navi innocentes, vel poenitentia dirigunt ad litus patriae. Ob varias autem causas hoc saeculum Mare dicitur.

Primo, quia sicut Mare obnoxium est ventis, tempestatibus, nebulis, ita hic mundus multis turbationibus, multa est caligine circumfusus.

Secundo, Mare fluxum habet & refluxum, & naturali inconstancia est modo serenum, modo turbulentum, ita in hoc saeculo statum, fortunarum, rerum omnium est vicissitudo & instabilitas, vt nemo fidat.

Tertio, in Marii pisces maiores vorant minores, ita homines sibi mutuo praeda sunt: Vnde quoties impio consulente iustitiam se, & factes homines quos pisces maris?

Quarto, quoscumque Maris sinus explores, sal. sedine respergi sunt, non est gutta non salis, ita hoc saeculum.

Quadruplex stellae radii.

Mariae stellae maris praesens saeculum mare dicitur.

Abac. 1.

Hom. 2. super Job.

Nauta suavitatis laes Di. 23 habuit.

WANT



Tu placidum terris sidus, quod liberat omnes
A pelagi sermone raris: quod luce benignos
Saturni maris, grave eliminat iras,
Tu nobis illic, postis Cynosura per altum,
Te dace: vela damus, portus habitura secundos.

Exempla
SS. B. M. V. in mari propinquitiam habentium.

1. Admirabile est, quod de S. Hyacintho, Ord. S. Dominici alumno, & eius adhuc viventis discipulo, eximioque Deiparæ cultore legitur. Hic cum ob Tartaros grassantes, & iam minus Clivæ appropinquantes, ubi tunc agebat Vir sanctus, cogitur ex ea civitate & provincia in Ciacoviã transgredi, sumptu in vna manu Venerabili Sacramento, in altera Deiparæ Virginis imagine, non solum Boiſthenem fluvium rapidissimum & amplissimum sicco pede cum sociis pertransiit; sed & in illo vestigio sua sic impressit, ut semita quædam ab vna extremitate fluvij, ad alteram vsque cerneretur; immo & adhuc hodie cernitur, ut habetur in processu canonizationis eius. An non hic magna fide respiciebat in MARIAM, tamquam Sidus & Stellam suam, invocabatque eam tamquam Duce[m] viæ huius periculosa? Certe imago Virginis, quæ ex alabaſtro erat valde ponderosa, ubi eam in manus sumpſit, facta est levis velut Rosa. Exieratque vox ab hac imagine, dum ipse templo sese celeriter proriperet cum Venerabili Sacramento: *Fili Hyacinthe, secine hic me deseres, ut inter manus incidam hostium meorum? Et si in eis opprobrium? Hæc ergo voce admonitus (cum antea veritus esset se eum affluere ob pondus nimium) eam in manus sumpſit, & levissimam tenuit; naturalem autem suam ponderositatem Imago resumpſit, cum in Ciacoviã viam pertigisset.*

2. An non in hac Stellam Duce[m]que viæ respiciebat S. Raymondus Pennafortius, Virgini devotissimus, sicut & Pater eius S. Dominicus? Hic cum Iacobum Aragoniæ Ducem in Maiorica Insula reliquisset, eo quod pellicem non desereret; extendens eam suam super mare, & baculo suo scapulare in altum elevans iussit veli centum sexaginta miliaria sex horis conficeret, & Barcinonam appulſit vestigia sicis, toto populo confluente, & vestigia eius excolante. *O Maria stella! tu per mare eum direxisti: tu Marsi tui Dux fuisti.*

3. Audi de S. Forenſano, cuius corpus quiescit in nostra vicina in Cœnobio Valciodorenſi ad Mosam. Hic cum foret Archiepiscopus in Scotia, Angeli a visitatione monitus est trans mare Vallem Decoram adire, sive Valcidiorum, ubi Basilicæ venerabilis Mariæ Dei dicata est. Nec mora cum dno seim socijs ad mare venit: ubi eum nullam lepearet navem, duo ligna in formam crucis disposita conſpexit, quæ ligna eum comitibus conſecratis, & a S. Spiritus hænte, Angeloque &

Mariæ ducente, in Gallias pervenit: ac deinde Valcidiorum, seu Vallem Decoram pertigit, quam B. Virginis sub S. Benedicti regula consecratam voluit, ibidemque vixit, & sepultus est ad levam in Basilicæ S. Mariæ. Respicebat ergo & ipse in hæc Stellam maris, poteratque illud Domino & Mariæ decantare: *In mari viatica, & semite tua in aquis multis, ipse pervenit ad portum per Lignum & lucem, per Lignum Crucis, per Lucem Virginis Mariæ. vt ex Innocentio Pont. loquitur S. Bonaventura in Spec. Virg.*

M. l. an. 150. 3. p. 1. de S. S. B. 84.

Psal. 76.

Adamas & de S. Ludovico Galliarum Rege. Hic de itinere Hierosolymitano revertens, navi per mare vectus mirâ tempestate fuit aggratus: ita ut tres mali navis disfringerentur, cum magno naufragij periculo. Quam tempestatem ut evaderet, protinus se in preces dedit. Inter orandum autem Campanulam quandam resonantem audivit. Cumque interrogasset, vnde ille campana sonus? Responsum ei est, esse Campanam Religiosorum B. Virginis Montis Carmeli. Eâ igitur horâ votum fecit Virgini Deiparæ, si evaderet naufragium, visitatum se locum istum Mariæ dicatum, & in Galliam reditum Religiosos aliquos huius Ordinis Beatissimæ Mariæ ac Virginis, illisque Cœnobium ædificatum. Mox voto concepto, cessavit tempestas, votumque suum Rex consecutus, etiam quod Virgini voverat, illic adimplevit. Sic refertur in Libello Miraculorum Virginis de Monte Carmelo, inter miracula per Inquisitionem P. S. huiusmodi approbata. Ecce igitur MARIAM hic se Stellam Maris ostendit & Dominam, cui possumus post Filiam aggratulando dicere: *Tu dominari potestati maris, motum autem finitimum abis tu navigas.*

Psal. 80.

Possumus & hic sexcenta exempla appendere eorum qui in naufragio Virginis invocatione evaserunt incolumes; sed brevitati consulentes, remittimus ad libellos varios Miraculorum B. Virginis in diversis Orbis partibus. Consuli possent Turſelinus in Historia Lauretana, Iustus Lipsius in Diva Virgine Hallensî & Aspiciensî, Robertus Hautportius in Diva Virgine Servicensî, & alij Parthenij Historici. Ex his interim omnibus satis superque constat, quomodo Virgo redit sic salvetur à nobis, **A. E. MARIS STELLA.**

Concludamus exemplo quod his verbis refert Thomas Cantiprato lib. 2. c. 10. *Vidimus Fratrem Ordinis Prædicatorum, Dominus Brugensis in Flandria, Rainorum nomine sagacem ingenio, & litteratissim. Hic Ordinem ingressus, acriter studio Theologiae capiti institerat. Sed cum nondum illuminata mens, nec oratione preparata superat ad lumen: vento inconstanti fluctu ab volute discedere quæſit. Hæc enim, Indorum. Centibus. Ch. si in arum posiori veritate fulere erat. Vidit hæc Genes. Philosophos naturali ratione regi, Indos legem à Deo acceperunt, Christianos Evangelio clariari. Sed quid certius hic tenenda fluctuabat. Conuictus ergo Ludov. in confessionem legis proposuit. Sed Ora, Fratres obdormite.*



de hoc eorum suum mare, arrendum d' talibus censuerunt. At quia acutus ignis acior surgit in flammam, dia diabolo simulante gravatus est, ut nocte fugam accideret. Vbi vero ad exitum porre venit, obviam illi fuit Maria Stella, B. Maria, ad portum salutis devotum reducere. Cui dixit: Fluctuans vis devius, & veritas in fide Filii mei dubitas te in venisse. Certe scias quod diversis erroribus scater per orbem gentilitas: Iudai nihil soliti tenent, umbras sequuntur, senesbris nequiti obfuscata. At Evangelium nova gratia per hoc veritatem habere probatur, quod charitate humilitate, castitate resurget. Quia iria in Ordine quem intrasti, purgato mentis oculo praeclaro visibus. Ego autem sum Mater Christi, Patrona Ordinis tui, qua non passa sum solita pietate, eam castam indelem decipi, vel perire. His dictis, Virgo disparuit, & vocem firmatam in fide cum laetitia cordis reliquit. Falsusque est postea consummatus in doctrina & pietate. An non et Maria fulgida Stella Maris?

LECTIO II.

Thema. Dei Mater alma.

De dignitate B. M. ex divina maternitate proveniente.

Maria B. M. P. E. dogia & stulti.

Sicut antea diximus quicquid pulchrum est in Caelo, Mariae appropriari symbolice & mystice, ob eius eminentiam & lucem influxumque fecundum in hae inferiora: ita nunc dicimus, quicquid in Terra pretiosum est, & speciosum, Mariae similiter attribui, ob eius Virginitatem cum Maternitate divina confederatam. Propterea vocatur Paradisi voluptatis Hortus conclusus, Fons signatus, Puteus aquarum viventium, Arbor vitae, Lilium convallium, Lilium inter spinas, Rosa mystica, Cedrus excelsa Libani, Oliva speciosa in campis, Vitis fructificans fructus honoris, &c. Haec enim fecunditate deducta, attribuit Virgini SS. Patres & Ecclesia, partim ex Cantibus Canticorum, partim ex Ecclesiastici cap. 24, quoque ob fecunditatem eius cum puritate coniunctam. Explicemus vel id paucis per singula.

1. MARIA Paradisi voluptatis, in quo novus & fecundus Adam domicilium sibi elegit, ideoque omni benedictione ac felicitate replevit, omni busque delictis; ita ut magis sibi in illa complacere, quam in omnibus alijs creaturis.
2. MARIA Hortus conclusus, ad quem Serpens nullum potuit habere accessum, ut peccati venenum inspiraret Hortus etiam conclusus claustris & muro inviolata Virginitatis. Unde bis ei dicit Sponsus: Hortus conclusus, Soror mea sponsa. Hortus conclusus, quia in seclusa sacra recte dixerimus, quae est Maria nostra, eiusque sapientiam misericordiam, castitatem & fecunditatem designare. Nec sine mystica significatione ipsa rari quam Oliva in campis sita describitur, quia omnis ad ea accedentibus fructum suum exhibet: primumque, operem, venerationem, & salutem.

de Candidationis sublimi loco, ut per huius Puti venas purissimas fluens, animas reddat fecundas & virginicas.

4. MARIA Arbor & Lignum vitae, quae fructum illum produxit sine semine, quo aeterna nobis vita reddidit: fructum, colore, odore; sapore suavissimum.
5. MARIA Lilium convallium, ob humilitatem & candorem: Lilium inter spinas, inter saeculi huius cupiditates illudium & tutum, semper integrum, semper candidans, semper aureum, semper odentis, semper pandulum ad penitentes suscipiendos, semper incurvum ad condescendendum peccatoribus, & eos sua puritate, candore, odore illicandum ad se.
6. MARIA Rosa mystica, quae odorem suum quae verum diffudit, caelum & terram, Angelos & homines, ac Deum ipsam sua perfundens fragrantia. Rubicunda Rosa, non solum ardente charitate, sed & virgino pudore, per quem Regem attraxit, diu esset in accubitu suo in throno gloriae attraxit, inquam, eam in terras roseo Virginitatis suae colore & odore, coniuncto cum Nardo, hoc est, cum humilitate, Charitate enim, puritate, & humilitas in Mari. Virgine fuerunt vel vltima dispositiones ad divinam Maternitatem obtinendam, & in vtero suo concorporandum Filium Dei.
7. MARIA Cedrus excelsa Libani, quae quanto magis in auras conlurgit vertice: tanto profundius radicem in ima demergit; ut aulla quatitur tempestate, sed stabili consistat mole. Cedrus ergo est Maria, quae excelsa est & eminent in Significatus. Puteus aquarum viventium, Arbor vitae, & profunda radice, per humilitatem Cedrus rectissima, sine curvitate aut nodositate peccatorum, Cedrus incorrupta & imputribilis, sine corruptione, aut carie concupiscentiae, semper in sua perfectura durans integritate. Cedrus, cuius rami huc illic tenduntur, ut veniant aves & volatilia Caeli, & nitentur in eis. Denique Cedrus, cuius vti odore, vel umbra serpentes nec car tartareos.
8. MARIA Oliva speciosa in campis, quae sine cura, aut humana opera, & ad iniculo, fructu profecundus Adam domicilium sibi elegit, ideoque omni benedictione ac felicitate replevit, omni busque delictis; ita ut magis sibi in illa complacere, quam in omnibus alijs creaturis.



Ex eo tempore, ad confessionem hereticorum maiorem, & ad emergendum de stigmatibus impiis Nestorii erroris Matris Dei encomia ardentius affectu celebrantur, & Virginitatem eius ac divinam Materitatem mitis laudibus viri sancti & eruditissimi singulis seculis. Inter quos primum obtinet locum S. Cyrillus Alexandrinus, qui in dicto Concilio Ephesino palmam tulit contra Nestorium, facundia peroratione. Erat adhuc in eius scriptis quaedam homilia contra Nestorium, in qua sic Epiphania canit: *Hilarem video catum fidulum omnium, qui convenerunt promptis animis a S. Dei Matre Maria semper Virgine convocati. Laus & gloria tibi sit Sancta Trinitas, qua omnes nos ad hanc celebratam convocasti. Sic etiam tibi Dei Mater Laus, Tu enim es pretiosa Margarita orbis terrarum: Tu lampas inextinguibilis, Corona Virginitatis, Sceptum orthodoxa fidei, Templum indissolubile, continens eum qui nunquam contineri potest, Mater & Virgo. Tu benedicta inter mulieres, eius parens, qui benedictus venit in nomine Domini.*

nymus hostem se Virginis Deiparæ proderet, nomen eius ab Ecclesia expellere Iudeos, & intercessionem ipsius, per quas mundus constitit, nequidem volens nominari, asserens nemini eam posse opulari: motibus Carbonei pedes eius invasit, & febris ardentissima, quæ quæ animæ corporis mortem obiit, asserens vivum se exitu, gaubiliigni traditum esse propter Mariam Deiparam, iubeas exinde eam honorari & celebrari: ut Deiparam.

Advertendum itaque secundo, Mariam duplices habuisse hostes. Quidam eius negant virginitatem, nihilque eam supra ceterarum mulierum sortem habuisse dixerunt, quia ex Ioseph concepit & peperit. Iudæi in hoc errore fuerunt qui dicebant de Christo Matthæi 13. *Nonne hic est Fabri Filius? Nonne Mater eius dicitur Maria? & apud Marcum c. 6 dicebat de illo: Nonne hic est Faber Filia Maria? Et rursus apud Lucam c. 4. Nonne hic est Filius Ioseph? Denique apud Ioannem c. 6. Nonne hic est Filius Ioseph, cuius novimus Patrem & Matrem?* Sic & Iulianus Apostata persuadere conabatur, in contemptum vocans Christum Galileum & Nazarenum, quasi à Nazareth in Galilæa villi ortum conditione. Patre fabricem artem exercente. Unde quidam Iuliani sectator interrogabat per risum quemdam Christianum, *Quid facit nunc Filius Fabri? Cui ille appositè respondit: Feretrum fabricas vestro Imperatori Iuliano. Et vix ita contigit. Nam paulo post, cum ad bellum contra Persas processisset, minatus se in reditu Religionem Christianam funditus everterem, sanctus Basilus ut dissiparet eius consilium impium, congregavit populū suum & Clerum in Basilicam Matris Virginis, in dicit oratione publicâ, Cum ergo perseveraret in oratione, Beatissima Mater misit sanctum Mercurium Martyrem, qui & ibidem colebatur, ad necem inferendam Iuliano. Quapropter sagittâ sive lancæ acutius in illo bello percussus, videbatur sibi videre Christum contra se pugnantem, & præ rabie in clamabat: *Vicisti Galilæe, vicisti! Sanguinemque suum evolvere sicutantem eam manu colligens, in Cælum projiciebat vociferans: Saturare Nazarenus, saturare. Sic hostem suum Maria contrivit, & in eo caput serpentis, contra Virginitatem & Materitatem suam divinam blasphemias evomebat.**

Alij quidem Virginitatem Mariæ agnoverunt, sed eo quod sacra scriptura eam satis manifeste negant tamen eam esse Dei Genitricem, sed Genitricem tantum hominis iusti, qui & Christus dicitur esse. Dicit enim hæc hæresis in Christo esse duas personas, sicut duas naturas: & unam personam dicit esse Deum solum, & aliam hominem solum. Et huius personæ quam dicit esse hominem solum, dicit Beatam Virginem esse Matrem: & ita negat Virginem esse Matrem Dei. Huius erroris auctor fuit Nestorius Episcopus Constantinopolitanaus, qui à Concilio Ephesino, ut diximus, condemnatus fuit, & excommunicatus; Episcopusque dignitate privatus à Theodosio in exilium eiecitus. Sed obstinatus permansit, & in exilio miseram vitam egit, miseriusque mortuus est. Nam Deus vindicans Matris iniuriam, immisit in eius blasphemam linguam vermes, qui tamquam canifices eam corroderent, quasi novæ impietatis nefandum organum acerbe plectentes, donec iustitiam exhaeret animam, tataricis flammis cruciandam. Ita passim Historici.

Contra hos omnes errores triumphavit Mariæ, vadè prodiit Responsorium illud in Ecclesia suavi modulatione sonorum: *Gaude Maria Virgo, tuæ hæreses sola interemisti in universo mundo. Dû Virgo Deum & hominem genuisti. & post partum Virginitatem violatam permansisti. Cui plebsque in Ecclesiis licet verus adiungi ar: *Gabrielem Archangelum seminus divinitus te esse asserunt, & verum tuum à Spiritu sancto fecundatum, Erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christum ex Ioseph semine esse natum. Quem verum dum quidam puer scholasticus in odium Iudæorum per plateas vesperis sæpe cæcavit, Iudæi nocte quadam comprehensum iugularunt, & in sepulchro sub cuiusdam sepulchri lapide absconderunt. Mande cum Mater filium ubique quaerens illac transiret, & ciulando clamaret identidem: *Fili charissime, ubi te perdidisti quæram te? Puer ex tumultu ingeminas honorâ voce: *Erubescat Iudæus; &c. Ad cuius vocem stupefacti quaerentes, cum ex tumultu respondentem animæ adverterent, vivum & incolumem sustulerunt. Ita refert Thomas Cantuariensis Suffraganeus Cameracensis, quæ ex fidelissima relatione PP. Prædicatorum se id didicisse asserit, in Notis libri Apum pag. miki 543. Vbi addit, quendam Responsorium: *Gaude Maria Virgo, Rome in Ecclesia quæ dicitur, Ad Sanctam Mariam Retudam, decar-*****

Caract.

NOTA: B. M. V. duplices hostes habuit. I. Quidam negant eius virginitatem, Matt. 13. Exempl.

Sunt in vita S. Basil.

WANT

taret ad laudem B. Virginis, subito lumen oculorum cum summa præsentium admiratione recepit.

Refert quoque Pelbartius, Ord. Minorum Theologus, in Stellario B. Virg. l. 12. p. ult. cap. 7. & Auctor libri qui intitulatur, Scala cæli, Ord. S. Dominici, Iudæam quamdam in partu mori appropinquantem à Christianis mulieribus visitatam fuisse, quæ instabant, ut se B. Maria commendaret. Illa periculum extremum videns, sic dixit: O Domina Maria, licet non sim digna regere te, cum sim de genere eorum, qui tuum occiderunt Filium; tamen audio clementiam tuam se extendere ad peccatores. Si liberos me, promitto cum prole baptismum suscipere. His dictis, sine dolore peperit Filium; & quia vir suus Iudæus tunc agerbas in remotis, mulier cum prole baptismum suscepit. Maritus reversus hæc audiens, gladio filium interfecit. Muliere autem inelamante, & concurrentibus vicinis, fugit Iudæus; sed cum iam clausa circuitate egressi non possent, huc illud discurrens, advenit Oratorium quoddam B. Virginis apertum, & ingressus est. Cumque circum spectaret, & sibi mortem imminere, ad cor reversus, videns imaginem Virginis in Arce, sic cum fiducia oravit: O Domina Maria, reverè magna est misericordia tua, quod me canem pestifimum, qui de voravit filium, permissis stare in domo tua & presentia tua; Audivi quid magna sit bonitas tua, sic ergo necum misericordiam, sicut Filius tuus cum Paulo Persecutore. Crede Christum ex te natum Virginem, & factor ipsum esse in lege nostra promissum Deum & hominem, cuius non est misericordia numerus. Sic ipse stetit, & orante, advenere satellites vindicturi eum. At ipse petijt baptismum, & dixit: Vt sciat, quod non ob timorem mortis baptismum peto, supplico ut me baptizatus, & ducatur ad mortem. Si negetis baptismum, Iesum Redemptorem accipio in datorem baptismi, & sanguinem accipio pro aqua. Stupescit, permiserunt eum baptizari, & inde ad carcerem duci. Vxor interim contemplans filium in gularum, videt eum vivere & arrire; audit quoque mariti baptismum, accurrit, & ostendit puerum viventem, sed cicatrice manente in gutture. Mirantur omnes, educitur Iudæus de carcere, moxque puero data est vox perfecta, & in presentia plebis hoc dicitur protulisse: Mater misericordiarum & totius consolationis, Virgo ante partum, in partu, post partum, Mater Filij Dei intacta, me in suum servitorem adoptavit. Sic Iudæus liber dimissus fuit, qui serviens ex corde Virginis, multa de ea contra Iudæorum perfidiam scripsit, & Filius crecens, de-votissimus Mariae servus existit. Hæc Pelbartius sup.

Pelbartius & alij.

B. M. V. à puerperis invocanda proficili par-tu.

rulus, quo Virgo desponsata fuit S. Iosepho, adferatur; ut per illius actum benedicantur, profuturi postmodum difficiles partus habentibus, quia & experientia docet eos multum proficere. De quo etiam egimus in nostra Vite Florigera, Lect. de Festo S. Iosephi.

Advertendum tertio, quod ob varias rationes & significaciones Maria vocatur Alma Mater, non solum hic, sed etiam frequenter in alijs Ecclesiasticis Cantibus. Sic Adventus Antiphona incipit: Alma Redemptoris Mater. Sic & alibi canimus: O Mater alma Christi charissima, suscipe pia laudum præconia.

Primo, vox Alma, quandoque accipitur, ut idem sit quod Illustris & clara. Sic lux dicitur alma, & dies almus apud Donatum & Virgilium: Præterea si nona diem mortalibus almus Aurora exulterit, inquit Virgilius. Hæc ratione rectè Matie attribuitur hic Terentius, Alma Mater. Nam ut ait S. Amb. Quid nobilitas Dei Matre? Quid splendor datus ea, quam splendor elegit? Quid illustrius non solum ob vitam radiantem, & promicantem omni virtutum specie, sed etiam ob virtutum prolapiam regiam: Hinc de ea canit Ecclesia: Navitas gloriose Virginis Marie ex semine Abraham ortæ de tribu Iudæ clara ex stirpe David. Et tursus: Navitas est hodie Sancta Mariae Virginis, cuius vita inclinat cunctas illustrat Ecclesias. Postet ergo gloriæ in nobilitate & illustri stemmate, sed novit exiguum esse nobilitatis diadema, nisi illustretur virtutis & pietatis rutilante gemma. Novit illud Poeta:

Quid tibi nobilitas, quid clarum nomen avorum, Si servus vitis factus es ipse tuus

Quapropter dicebat & Iuvenalis quibusdam de nobilitate vanè gloriantibus, Satyra 3.

Malo Pater tibi sit Theristes, At modo tu sis Eacida similis, Vult amaque arma capellas: Quam te Therisia similem producat Achilles.

Diva ergo Virgo, paupertatem & humilitatem cum Filio ultroneè complexa, & sanctitatem professâ, per illam multò magis in orbe rutilat, quam per generis claritudinem; idè Alma, id est, sancta & pulchra, illustris & præclara inticulatur, hanc præcipue ob claritatem.

Secundò, Alma, idem est quod fertilis & fecunda. Hinc Tellus propriè Aïona dicitur, ab alendo, cò quod fecundis suis frugibus homines alat. Et hoc Epithetum Ceresi proprium dicunt Poetæ, Alma Ceres; quia Terræ Dea est, fructus alios producens. Exinde ad matres fecundas prohibus, quæ eas lactant, educant, alunt honorificè, copiosè, splendide, vox ista translata est. meritò ergo Maria Alma Mater. Tum quia fecunda in filijs spiritualibus; quos lactat & alit honorificè & vberimè. Tum quia Filium Dei fecundata à Spiritu sancto progenit, & lactavit, aluitque vberè de Cælo pleno. Lac ex sanguine menstruo & impuro conficitur ad Medici; quem sanguinem

NOTA. 3. Cur B. M. V. vocetur Alma Mater.

Alma idè est, quod illustris & clara. Ambr. li. 2. de Virginitibus.

Alma idè quod fertilis & fecunda.

Mariale.

B

ad

ad se vbera vi attractiva alliciunt per venas, & candore ac dulcedine alijsque qualitatibus lacti condignis alliciunt. Sic candor, alizque qualitates inducuntur decoctione, quæ tum in venis fit, tum in mamillis. At in Virgine, quæ ex purissimis sanguinibus concepit Filium Dei virtute Spiritus sancti superueniente, eiusdem Spiritus virtute celestis lac suppeditarum est purissimum, eum sapore mirifico, & cum vi nutriendi: ita ut nullus inquam mulieris lac tanti fuerit vel candoris, vel puritatis, vel efficaciz altricis & nutritivæ, vel etiam vberatis. Hinc ergo Dei Mater alma merito dicitur Maria à virtute foecunda & altrice, quæ ei erga Filium suum, Filium Dei, non tam à natura, quam è cælo subministrata est.

P. M. V. fecunditas ad spirituales filios.

Quantum ad Filios spirituales, quàm foecunda sit, quàmque Mater alma, patere potest ex grandiorum numero, quos genuit sub cruce cum sanguinis Filij sui virtute, qui quæ quotidie adhuc claudantur eius lacte vberis. Sed quoniam in sequentibus differemus de huius Matris vberibus spiritualibus, explicantes illud, *Monstrare esse Matrem*, hoc solum hic dicimus, nullam inquam matrem tot proles genuisse, totque voluisse, ideoque hunc titulum merito ei adscribi, *Mater alma*.

Margareta Comitissa Hollandiæ anno 1276. à Nativitate Domini, ætatis verò suæ anno 41. die Pasche, feribitur peperisse infantes viros promissæ sexus numero trecentos sexaginta quatuor, quod circiter dies in anno reperiuntur. Hi postquam per Episcopum Guidonem Suffraganeum, in parentia Magnatum, in pelvi quadam baptismum percepissent, & masculis Ioannes, femellis nomen Elizabeth imponitum fuisse, ipsorum omnium animæ & matris ad Deum æternaliter vitæ redierunt. Huius rei extrat in Hollandia memoria marmoris inscripta iuxta locum, in quo sepulta sunt corpora eorum; & passim testantur Historicis relationis huius veritatem. Videri hic possit aliqua foecunditas, sed qua Mater ipsa oppressa fuit, & emori coacta, ita ut fovendi & alendi eos virtutem haud nata sit sufficientem: non ergo potuit dici Alma Mater.

Rom. 8.

Ephes. 4.

Longè foecundior est Maria, quæ de die in diem longe maiori numero sibi Filios parit, & fratres adoperat Voigenito Filio suo, *visit Primogenitum in multis fratribus*; eosque alit & perducit in mensuram ætatis plenitudinis Christi, donec ei occurrant in unitate Fidei, & plena agnitione Filij Dei, ac fruitione consummata eius faciei. Sic ergo Maria Dei est mater alma, & mater alma Filiorum Dei. Hinc verius ille:

Nec genitricis tuæ foecundior ulla parentum.

Tot bona per partum quæ dedit una suum.

Tertio, Alma apud Hebræos, sive cum adpiratione Haalma, idem significat quod *Abcondita*: & ita Mater Dei alma, idem est quod *Abcondita Mater*. Et verè maria mater abcondita, in qua ma-

gnum illud pietatis mysterium, quod à sæculis abconditum vocat Apollolus, peractum est in abcondito: solo scilicet consilio Deo, & Angelo Gabriele. Hic possumus dicere cum Isaia: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator*: abconditus in carne, abconditus in vero maria: abconditus in Arca Virginali, summissimo claustro obsecurata. Hoc mysterium à sæculis abconditum, per incarnationem Verbi æterni in maria peractum, continuè miratur Ecclesia, & mirabitur per omnia sæcula. Alma & Abcondita huic matri decantant: *Beata mater munere: Cuius supernus Artifex: mundum pugillo continens: Ventris sub arca clausus est: Et ruitus repetens:*

Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, In tua se clausit viscera factus homo.

Denique illud adiungens: *O Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam, quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.*

Quis novit, aut quis factis comprehendit istud mysterium, quomodo Filius Dei, qui tribus digitis appendit terræ molem, qui pugillo mentis est aquas, & cælos palmo ponderavit, libra que in pondere montes, quomodo, inquam, adeò excelsus, magnus, & immensus, se abbreviavit, contractavit, an ulla vitæ, exinanivit in gremio Virginitatis, ac in abcondito sicut virtute celestis & abcondita quam nec fuit Angelus comprehendit, nec ipsa Mater: *Venter puella bajulat secreta quæ non novit.* Hinc & illa Antiphona in Adventu Domini ad Canticum magnificat in Ecclesia Gallicana pietate ac doctrina antiquissima: *O Virgo Virginitas, quomodo fiet istud, quoniam nec primam similem visam es nec habere sequentem? Filia Terusalem, quid me admiramini? Divinum est mysterium hoc quod cernitur. Inroducuntur hic piæ animæ interrogantes Virginem de his, quæ circa cam supra naturæ legem gesta sunt. Quali dicerent. O Virgo Virginitas, Virgo candidissima, nulla sorte maculata, Virgo corpore & spiritu, omnium Virginitas decus & gloria, cæteras excellens ut Sol sidera, liliam flores, aurum metalla: Quomodo fiet istud, quod Mater sis & Virgo? Stupet hoc natura, non capit ratio, ignorat humana intelligentia. Quomodo etiam fiet istud, quod creatura paries Creatorem, plasma Conditorum? Quomodo fiet istud, quod vteri angulij contineas cum quem cæli & terra non capiunt: quod comprehendas incomprehensibilem, & coactes immensum? Nulla inquam inventa est mulier, nec sæculis invenietur futura, quæ viri nescia filium concipiat, quæ virgo pariat, quæ sine dolore infantem Deum & Hominem producat.*

Respondens porò interrogationi huic Maria, verè humilis nihil hic sibi adscribit: sed omnia Deo tribuit, & in eum solum refert vniuersa, dicens: *Filia Terusalem, anima fideles, pacis vitionem amantes, & contemplationi deditæ: quid me admiramini, quasi virtute mea factum sit hoc opus?* quid

MANTE

quid me obstupescitis, quasi tanti miraculi sim effectrix: quid me suspensa intuemini, quasi contulerim quippiam ad hoc inaudicium omnibus saeculis mysterium: Desinite me admirari, & divinam admiramini virtutem, magnificate & praedicare eius potentiam, cuius est opus illud, qui hoc ineffabile in me explevit Sacramentum. Divinum est mysterium quod cecoritis, & Miraculum Miraculorum, superveniente Spiritu sancto, & virtute Altissimi obumbrante completum. Illi tota laus tribuatur, benedictio, & gratiarum actio: nec id meis ascribatur meritis, sed dignitatem divinae. Vique Maria vere humilissimum refundit in fontem; attamen & ipsa huic Miraculo Miraculorum cooperata est consensu suo, & verborum illorum efficaci potentia: *Ecce Anella Domini, fiat mihi securum verbum tuum.*

LUC. 1.

Cur M. Quare in sacris litteris non legitur B. Virginem ulli V. non le. patrasse miracula? Resp. primum maximum ipsam edidit miraculum, totique orbi maximè salutiferum, dum Caelum & Solem, sive Solis & Caeli Conditorum in suum astraxit uterum. Tunc enim innovata sunt signa, immutata mirabilia antiqua: quia maius est hoc quam Solem sistere, ut fecit Iosue, aut cogere retrogredi, ut factum fuit tempore Ezechiae. Tunc reperitur verbum infantis, agnoscitur longitudo brevitas, latitudo angustia, altitudo subdita, profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucens, aqua sitiens, panis esuriens, inquit S. Bernardus. Non ergo mirum, si exinde à miraculis efficiendis cessarit, cui simile efficere potius erat impossibile. Resp. secundò, Mariam, tanta quanta est, totam esse Miraculum, sive sapientiam ei infusam sanctes, sive gratiam super effluentem, sive Prophetiae donum, sive virtutem curationum, & alia dona. Sed haec ad tempus adhuc voluit Christus in Matre sua esse abscondita. Nec adhuc decebat, aut conveniens erat eius sexui, ut miracula passim partraret: quia Doctrina Evangelica à Christo eius Filio, & ab Apostolis eius filijs, primum per miracula erat confirmanda & propaganda, Ac verò mox ab obitu multa edidit miracula, nam & sacrum eius corpus clarum ad tumulum claruit miraculis, ut alibi dixi. Et exinde à Christo in regni & potestatis societatem assumpta est: ita ut ad eius arbitrium visus sit terrarum, maria, caelum, universamque naturam moderari. Hinc & illi rectè illud ascribit Ecclesia. *In fluctibus maris ambulavi, & in omni terra feci, & in omni populo & gente primum habui.*

Iosue 10.

4. Reg. 20.

Resp. 1.

Eccle. 24.

4. Reg. 4.

los, manus super manus, dicitur *Clausus ostium super se*. Sic nemo vidit, quomodo Elizeus, vir magnus, tam aptè ad formam pueri se contrahere poterit. Ita nemo vidit, nemo satis intelligere poterit, quomodo Filius Dei, ad eò sublimis & cellus, natura nostra sic potuit veniri, sic se homini coaptare, sic humiliare, ut cum natura hominis, etiam manus, brachia, os, animamque assumeret, & se contraheret in modum pueri in utero Virginis per incarnationem. In omnibus his mysterium grande est & absconditum: *Clausum est ostium, non est necesse nos videre, sed credere, & admiran, agnoscereque quod Maria; prout in Litanijs canit Ecclesia, sit Mater Creatoris, Mater Salvatoris, Mater Christi, Mater purissima, Mater castissima, Mater inviolata, Mater intermacata, Mater amabilis, Mater admirabilis, quae omnia comprehendere continentur in hoc brevi titulo, Deo & er*

LECTIO III.

Thema. Atque semper Virgo. *Felix caelis porta.*

MAternitas & Virginitas Mariae tot oraculis Prophetarum, totque figuris praenunciata sunt, ut & ecclesia canat: *Quando natus es ex Virgine, tunc impleta sunt scripturae*, quia haec Virginitatem praedixerat Ilias, Hieremias, Daniel, Michaeas, Aggeus, & alij Prophetae. Tunc quoque impleta sunt figurae praefiguratæ Virginitatem & Maternitatem Deiparae. Primum figura Velleris Gedeonis: *Sicut pluviam in vellus descendisti, ut salutum faceres genti humanae*. Sicut olivæ per miraculum ros in aridum Gedeonis vellus descendit, ipso perente hoc signum liberationis populi sui, & sine strepitu illapsum est suaviter, nihil noxae inferens velleri, tota reliqua terra manente arida: sic tacite & suaviter Virginis viscibus illapsum est Deus, caelestis fecunditate illam denans, nihilque Virginitati eius detrimenti afferens. Et hoc fuit signum salutis & liberationis populi Dei. De quo eleganter S. Chrysostomus: *Caestus imber Virginum in vellus placido se fudit illapsus, & tota divinitatis unda nostra carnis celavit se in vellere, donec per patibulum crucis expressum, terris omnibus in pluviam salutaria se effunderet.* Secundò impleta est figura Rubi ardentis: *Rubum, quem viderat Moyses incombustum, tuâ agnovimus laudabilem virginitatem conservatam. Dei Genitrix intercede pro nobis. Audi Richardum de S. Victore. Quid accipimus per flammam, nisi Spiritus sancti gratiam? Quid per Rubum, arborè parvulam, asperam, viridem, & floridam, nisi Mariam, contemptu sui vilem virtutis exercitio asperam contra mollitiam, viridem per fidem, floridam per castitatem? Domino itaque apparente in Rubo, flamma Rubum non laesit. Filio Dei carnem in Virgine sumente, obumbrans Spiritus sancti gratia, virginitas illa per-*

Virginitatis & Maternitatis B.M. V. Eignro 1. In Vellere Gedeonis. Iudic. 6.

2. In Rubo ardente.

manſi. Hæc viſio caeſtiti Sacramenti virtute redun-
dat. Vnde Moſes: Vadam & videbo viſionem hanc
magnam. Reverta viſio magna, qua & præſens tunc
miraculum exhibuit, & incarnationem Verbi, Virgi-
nisque Matris virginitatem perpetuam præſignavit.
Hæc ille pulchre & luculentè.

Porta in domo Domini clauſa, inquit Sanctus Augu-
ſtinus, niſi quia Maria ſemper erit inta:ta: Quid
magnum. Reverta viſio magna, qua & præſens tunc
miraculum exhibuit, & incarnationem Verbi, Virgi-
nisque Matris virginitatem perpetuam præſignavit.
Hæc ille pulchre & luculentè.

3.
In Virga
Aaronis
Moſis, &
Ieſe.

Tertio impleta eſt figura Virgæ Aaronis &
Moſis, Virgæ: è radice Ieſe germinantis & flo-
rentis. Virga Aaron ſine cultura vna nocte floruit:
Maria Ieſum ſine humana operatione perfectum
florem produxit. Virga Moſis mirabilia fecit in
Ægypto: Maria Ægypti & Pharaonis, hoc eſt, In-
ferni & Dæmonis potestatem conteriſ, è captivita-
te peccati per mare ponenturæ in terram promiſ-
ſam libertatis & gratiæ nos efficaci interceſſione
traducit, & omnia beneficia præſtat. Virga Ieſe
germinat florem, ſuper quem requieſcit Spiritus
Sanctus, Spiritus ſapientiæ & intellectus: Maria par-
tit Ieſum floridum omni virtute & perfectione. Me-
rito ergo rursus hæc canit Eccleſia: *Germinavit Ra-
dix Ieſe: porta eſt Stella ex Iacob, Virgo peperit Salva-
torem, te laudamus Deum noſtrum.* Sicut fidus radium,
Virgo parit Filium; neque fidus radio, neque Mater
Filio fit corrupta, canit S. Bernardus.

Quid eſt, quod clauſa erit in æternum, niſi quod Ma-
ria Virgo eſt ante partum, in partu, poſt partum: Dici-
tur verò clauſa Principis, hoc eſt, in vium Principis,
& in amorem ac honorem Principis præſens clau-
ſa. Quafi dicat: Etiam cum Princeps tranſibit,
per eam erit & manebit clauſa, ideoque vocabi-
tur *Porta Principis*. Hoc eſt ergo quod canit ille
Hymnus:

*Fit Porta Chriſti per via,
Reſerta plena gratia,
Trañſiſque Rex: & permanet
Clauſa, ut ſuit, per ſacula.*

In portu Magnatum ſolent eminer eorum Inſi-
gnia. Di- i Inſignia ſunt, eius Potentia, Sapientia,
Bonitas, Sanctitas. Hic ceteris eius attributa elucent
in Maria, auguſtiſſima Cœli D. ique Porta.

Secunda ratio, cur Maria Porta cœleſtis nomine
honoretur, eſt, quia per illam patet nobis acceſſus
& ingreſſus ad gratiam, & peccantibus ad veniam
& miſericordiam, atque ad merita Salvatoris Filii
eius. Hinc dicitur *Porta Orientis, & Porta lucis ful-
gentis*. Per eam enim venit ad nos Ieſus, cuius eſt no-
men Oriens, qui que, *Oriens viſitavit nos ex alto, ad
illuminandum his, qui in tenebris & umbra moris
tæra: Antiphona canitur: Alma Redemptrice Mater, ſe-
dent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Per
qua per via Cœli Porta manet. iterum canimus in
Hymno altero: *Tu Regis alit Ianua, & Porta lucis
fulgida.* Inſuper & alius Hymnus dicit: *Fit Porta
Chriſti per via: Reſerta plena gratia: Trañſiſque Rex,
& permanet. Clauſa, ut ſuit per ſacula.* Denique no-
ta eſt & illa Antiphona: *Inviolata, integra, & caſta
es Maria: Quæ eſt effluvia fulgida Cœli Porta.* Cum er-
go tam frequenter, tam que toleminer, Maria hoc
titulo decoretur; explicanda nobis ſpecialiter eſt
lumine rei ratio, que triplex eſt poteſt.

4.
In Porta
Sanctua-
rij
Ezech.
44.

Quarto celebriſ omnino figura ſuit Virginis
Mariæ in Porta Sanctuarj, que reſpicebat ad O-
rientem, quam vidit Ezechiel. Propterea Maria ſic
queoſuſumè Porta: titulo honoratur in Eccleſia
Canticis. Sic hic dicitur *Felix Cœli Porta*. Sic in Li-
tanijs Laurentanis vocatur *Ianua Cœli*. Rurſus in al-
tera Antiphona canitur: *Alma Redemptrice Mater, ſe-
dent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Per
qua per via Cœli Porta manet. iterum canimus in
Hymno altero: *Tu Regis alit Ianua, & Porta lucis
fulgida.* Inſuper & alius Hymnus dicit: *Fit Porta
Chriſti per via: Reſerta plena gratia: Trañſiſque Rex,
& permanet. Clauſa, ut ſuit per ſacula.* Denique no-
ta eſt & illa Antiphona: *Inviolata, integra, & caſta
es Maria: Quæ eſt effluvia fulgida Cœli Porta.* Cum er-
go tam frequenter, tam que toleminer, Maria hoc
titulo decoretur; explicanda nobis ſpecialiter eſt
lumine rei ratio, que triplex eſt poteſt.

Secunda ratio, cur Maria Porta cœleſtis nomine
honoretur, eſt, quia per illam patet nobis acceſſus
& ingreſſus ad gratiam, & peccantibus ad veniam
& miſericordiam, atque ad merita Salvatoris Filii
eius. Hinc dicitur *Porta Orientis, & Porta lucis ful-
gentis*. Per eam enim venit ad nos Ieſus, cuius eſt no-
men Oriens, qui que, *Oriens viſitavit nos ex alto, ad
illuminandum his, qui in tenebris & umbra moris
tæra: Antiphona canitur: Alma Redemptrice Mater, ſe-
dent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Per
qua per via Cœli Porta manet. iterum canimus in
Hymno altero: *Tu Regis alit Ianua, & Porta lucis
fulgida.* Inſuper & alius Hymnus dicit: *Fit Porta
Chriſti per via: Reſerta plena gratia: Trañſiſque Rex,
& permanet. Clauſa, ut ſuit per ſacula.* Denique no-
ta eſt & illa Antiphona: *Inviolata, integra, & caſta
es Maria: Quæ eſt effluvia fulgida Cœli Porta.* Cum er-
go tam frequenter, tam que toleminer, Maria hoc
titulo decoretur; explicanda nobis ſpecialiter eſt
lumine rei ratio, que triplex eſt poteſt.

Primæ ratio huius nominis, eſt Mariæ Materni-
tas eom Virginitate coniuncta. Quapropter de
Porta illa Orientali & fulgida dicitur: *Porta hæc
clauſa erit, & non aperietur, & ovis non tranſibit per
eam, quoniam Dominus Deus ingreſſus eſt per eam.*
Eritque clauſa Principis, & Principis ipſe ſeſebit in ea.
Pondera ſingula, & videbis eſſe myſterio plena.
Nam reperies, quod tertio dicitur Clauſa, quia Vir-
go ante partum, in partu, poſt partum. Primum enim
dicitur, *Porta hæc clauſa erit*: Ecce virgo ante par-
tum. Secundò dicitur, *Non aperietur*: Ecce virgo in
partu. Tertio adijcitur, *Eritque Clauſa*: Ecce virgo
poſt partum. Porta itaque iſta beata Virgo eſt, in
qua habitavit, Dominus Deus ingreſſus eſt per eam.
Hoc ægnoſcit & feliciter experta eſt Maria Ægy-
ptiæ Pater ſibi deſponſans, Spiritus S. fecundans, Filius
priaca. Hæc multis annis Veneris victima fuerat, Ægypti
carnem aſſumens, ut ſit eadem & Mater, & Filia, libidini promiſcua ſe proſtituens. Ocaſione ve-
& honora Dei. Sic explicant S. Patres, *Quid eſt rō concuſus ad Feſtum Edificationis S. Crucis in V. Inſup-
Hieruſa*

Reſerta
plenu-
dine gra-
tia. B. M.
V. cur
cœli Por-
ta dica-
tur.
Reſp. i.

Ezech.
44.

Primæ ratio huius nominis, eſt Mariæ Materni-
tas eom Virginitate coniuncta. Quapropter de
Porta illa Orientali & fulgida dicitur: *Porta hæc
clauſa erit, & non aperietur, & ovis non tranſibit per
eam, quoniam Dominus Deus ingreſſus eſt per eam.*
Eritque clauſa Principis, & Principis ipſe ſeſebit in ea.
Pondera ſingula, & videbis eſſe myſterio plena.
Nam reperies, quod tertio dicitur Clauſa, quia Vir-
go ante partum, in partu, poſt partum. Primum enim
dicitur, *Porta hæc clauſa erit*: Ecce virgo ante par-
tum. Secundò dicitur, *Non aperietur*: Ecce virgo in
partu. Tertio adijcitur, *Eritque Clauſa*: Ecce virgo
poſt partum. Porta itaque iſta beata Virgo eſt, in
qua habitavit, Dominus Deus ingreſſus eſt per eam.
Hoc ægnoſcit & feliciter experta eſt Maria Ægy-
ptiæ Pater ſibi deſponſans, Spiritus S. fecundans, Filius
priaca. Hæc multis annis Veneris victima fuerat, Ægypti
sincera imitatione. Esto igitur nobis exemplar, i-
cians animam. Imitatores, eius sunt bilingues &
dea, & speculum, non solum nobis propositum ex-
detractores, corda inficientes, & interficientes.
terius ad imitandum: sed etiam meritis & preci-
pellissa sua & venenata loquela. An non ergo me-
sibus influens interius ad perficiendum quæcumque
rito Maria, Evæ contraria, os bilingue se detrac-
ad hanc imitandam castitatem necessaria sunt, vt
tans proficetur?

LECTIO XIV.
Thema. Vitam præsta puram.

Quanto
per B. M.
V. puri-
tatem vi-
ta amet.
Et quam
diligen-
ter illi
studendū
erov. 8.
Non sufficit nos castos esse & mites, sialijs
vitijs sumus implicati & contaminati; per
quodlibet enim vitium Filio Virginis & virgini
odibiles reddimur. Quapropter ipse Filius sapien-
tia Patris, immo & Matris Sapientia Mater intro-
ducitur loquens, & dicens: Superbiam, & arrogan-
tiam, & os bilingue, & vitam pravam ego detestor. Et
rant ergo, qui sanctissimæ Virginis precibus ali-
quas quotidianas se putant placere, & vitia ei dis-
plicitia non conantur corrigere & extirpare.
Non possunt ei grati esse, quæ humilitate m com-
per est professa, qui superbiam & arrogantiam nō
corrigunt, & characterem Satanæ hostis Mariæ e-
corde suo non eradunt. Non possunt ei placere,
qui odia, dissensiones, detractiones seminant;
qui Virgo pacis amatrix est, & os bilingue dete-
statur. Quid est os bilingue nisi os illius qui aliter
coram homine, aliter in eius absentia loquitur? Ao
nō sic detractores, an non sic adulatores se gerūt?
An non multi ore simulant amicitiam, corde te-
gant inimicitiam? Quid iterum est os bilingue, ni-
si os perversum, & perversum loquens, os mendax
& fraudulentum.

Maria itaque odit superbiam, quia, ipsa electa
est propter humilitatem, sicut & Eva electa est ob
superbiam id quod superbia perdidit, humilitas in
illa recuperavit. O verba humilitas, inquit S.
Augustinus, que Deum hominibus peccatis, vitam
mortalibus edidit, Cælum innovavit, mundum puri-
ficavit, Paradisum aperuit. Et hominum animas ab
inferis liberauit! O, inquam, vere gloriosa Maria
humilitas, que porta Paradisi efficitur, Scala Cæli
constituitur! Facta est certe humilitas Maria Scala
cælestis per quam descendit Deus ad terras: Quia re-
spexit humilitatem ancille, ecce eam beatam dicunt
omnes generationes. An non ergo merito odit ar-
rogantiam & superbiam?

Odit quoque & detestatur os bilingue, quia ta-
le os assumpsit serpens, sive Satan in serpente, vt
deciperet Evam & Adam primos parentes, & in-
duceret cum posteris suis in ruinam. Assumpsit e-
nim os perversum & fraudulentum, mendax & de-

Viterius, cum sit Mater non solum pulchræ di-
lectionis, sed & Timoris sancti, Timor autem Do-
mini odit malum, ideo dicit se quoque detestari om-
nem viam pravam, hoc est, omnem pravitatem, pravam-
que reperitur in via, seu actione, & conversatione
nostra, omneque in nobis peccatum, maxime pec-
catū pravæ consuetudinis: Est enim consuetudo
prava quasi via distorta & immunda, quam odit,
quia illum genuit, qui est Veritas Via & Vita. Qui
itaque peccata peccatis accumulavit, & in virgi-
neo putant se obsequio posse permanere, aberrat
Quibus assimilabimus homines generationis hu-
manæ? Similes sunt Philistæis, qui vauu genu sic te-
bant coram Arca Domini, & alterum coram idolo
suo Dagon. Quid enim aliud agunt illi, qui Ma-
riam, Arcam fœderis Domini honorant, & simul
peccato, idolo Satanæ obsequantur? Dicamus illis
idem, quod Elias, & queque claudicatis in duas par-
tes: Vt queque dividitis infantem? Reddat uter-
que Mariæ lux. Non potest dividi amor noster, in-
fians cordis nostri, vt pars detur Mariæ, pars de-
tur Veneti, aut Concupiscentiæ nostræ. Non
potest in eodem cordis lectulo collocari amor
Mariæ, & libido Concupiscentiæ. Non se compa-
ratur Christus Filius Virginis, & cupido Filius
Veneti. Ad J. Thom. Kempis: Dilectio S. Mariæ ex-
pellit omnem affectum carnalis concupiscentiæ, & donat
refrigerium castimonie. Dilectio S. Mariæ facit mun-
dum contempnere. Et Christo humiliter servire. Di-
lectio S. Mariæ ab omni mala societate conservat. Et
pia conversatio spiritum informet. Dilige ergo
S. Mariam, & percipies spirituales gratias in voca-
Mariam, & obtinebis victoriam. Hæc pius cultor
Virginis.
Amat itaque Maria puritatem conscientie in
servis suis & filiis, vultque vt servi sint Christi sui.
duplici signati charactere fidei & gratiæ, vt pos-
sint dicere illi: O Domine, ego servus, ego servus.
tuus, & deinde adijcere. Ego filius Ancille tuæ. Ne-
mo huius Ancille. Domini filium se dicat, qui
habet solum fidem, careatque signaculo gratiæ &
charitatis. Nemo se eius filium dicat, qui ad eius
similitudinem, per gratiam, amorē, imitationem,
non adfuerit, & vitam puram ducere non procura-
rit. Quia autem hanc vitam & conscientie puri-
tatem per nos assequi non possumus sine auxilio
cælesti, ideo ad eam recurrimus, & dicimus:
vitam præsta puram.
Nihil certe Christiano debet esse magis cordis

Ioan. 1. 1.

1. Reg. 1. 1.

Serm. 2. 1.

Am. 1. 1.

1. Cor. 1. 1.

1. Cor. 1. 1.

& curæ, quam vitam agere putam, putam confer-
re animam, & puram gerere conscientiam. Hoc
frequenter monet Apostolus. Sic enim loquitur:
*Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia
bona, & fide nõ ficta. Quasi dicat: Omnis finis insti-
tutionis Christianæ, & legis Evangelicæ scopus,
in eo est, ut inducat homines ad bonam conscien-
tiam, siue ad bonam vitam, ve interpretatur S. Am-
brosius quæ bona vita consistit in charitate vera,
& à puro corde promanante, in spe bene conscia,
in fide sincera & perfecta, non vacillante, nec si-
mulata, aut mortua. Rursus eodẽ cap. exhortans
Timotheum, & in eo omnes Christianos, ad vi-
tam puram & bonam, hoc est, verè Christianam,
subdit: Hoc præceptum commendo tibi, Fili Timothee
ut milites bonam militiam, habens fidem & bonam
conscientiam. Quam quidam repellentes, circa fidem
naufragaverunt, hoc est, bonam conscientiam pu-
ramque vitam negligentes, vel asperrantes, etiam
permissi sunt naufragium fidei facere, ut notum est
de multis hæreticis.*

2. Tim. 1.

Vita bo-
na seu
pura in
quibus
consistat.

1. Tim. 2.

Prov. 4.

Mat. 5.

Psal. 23.

Psal. 14.

Eccle. 31.

Prov. 20.

Job. 4.

Ex verbis potè Apostoli satis colligitur, Chri-
stianum putam vitam à corde puro originè debere
ducere: Propterea etiam monet Sapiens *Omni cu-
stodià custodit cor tuum quia ab ipso vita procedit* Quasi
dicat: Iugè diligentè præterva mentem tuam ab
omni cogitatione impura, & ab omni affectione
iniqua & noxia, & exerce eam in affectionibus
sanctis; quia ex cordis puritate vita gratiæ deriva-
tur in omnem actum exteriorem. Sicut ex corpo-
reo corde dependet & oritur vita naturæ, ideo
que fito operum est membranz involuero, me-
nitumque collatum & peccatoris muro, ut pariat
præcipuam vitæ causam & originem: ita à corde
spirituali, quod est mens, pendet ac pullulat vita
gratiæ, & præfectus in ea, Hinc tam sæpè factis in
litteris commendatur puritas cordis, ut simul cõ-
mendetur puritas vitæ. Huc spectat illud Salva-
toris Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt
Et illud Propheta: *Quis ascendit in montem Domini,
aut quis stabit in loco sancto eius: Innocens mani-
bus & mundo corde, qui non accepit in vano animam
suam.* Et rursus alibi: *Quis habitabit in tabernaculo
suo: Quis ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.*
Ecce vita pura, quam hic petere iubemur.

Vita utique gratiæ, quæ sola verè vita est, & per-
ducit ad vitam gloriæ, vitam consummatam &
perfectam, ubi nihil erit coinquinatũ. Quid pro-
dest homini vivere, si non contingat ei bene vive-
re, & postmodum æternum vivere: *Beatus vir qui
inventus est sine macula, hic verè vivit, dum purè
viviit: beatum est in spe, postmodum in re, dum
æternum dabitur ei vivere.*
Sed dicere hic quispiam potest, quomodo pos-
sum agere vitam puram, quandoquidem & ipse
Sapiens dicat: *Quis potest dicere, mundũ est cor mo-
um, purus sum à peccato?* Apud Job quoque legitur:
*Si in angelis suis reperit pravitatem, quanto magis
qui habitant domos luteas, & terrenum habent fun-
damentum: Et rursus apud eundem Quid est homo
vs immaculatus sit, aut iustus appareat natus de matre Job. 15.
licet: Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, &
cui non sunt mundi in conspectu eius.*
Certè fatendum est homini ex origine sua mul-
tam impuritatem adhaerescere. Et licet in baptis-
mo abstergetur impuritas, & splendor ei gratiæ
donetur, manet tamè fragilitas magna, quæ post-
modum hæc puritas perdi potest, & gratia diffi-
pari, splendorque evanescere. Huc refert quidam
ex antiquis illud. *In conspectu sedis tamquam mare
virreum simile crystallo.* Sic enim dicitur. *Memento
frater, quod caro sumus. Mare illud quod S. Ioannes
vidisse se dicit, virreum fuisse describitur, & idè in
nobis eisd periclitatur, aut frangitur. Lubrica via est
seculi huius, glaciali iniquitate conficta: quam cũ
immodica concupiscentia soluerit calor, facilius est ad
lapsum vitæ quamque miserorum. Hæc Bacharius an-
tiquus scriptor. Hanc igitur fragilitatem indi-
cant scripturæ supra citatæ. immò & incertitudi-
nem gratiæ nostræ, de qua non facitè debemus
gloriam, quia nec fundum cordis nostri perfecte
cognoscimus, ut possimus scire an in gratia simus,
multò minus an in ea perfecte abimus; quia inlat
crystalli vitrei faciliè nobis excidit, & elidit.
nisi probè & iugiter advigilemus. Mare est Bap-
tismus. Gratiæ Baptismi ut vitreum splendet, sed
fragilis est.*

Viterius, cum putam vitam agere monemur,
ad vertendum dupitem esse puritatem vitæ Chri-
stianæ. Vna est à veniali, altera est à peccato mor-
tali. Puritas & immunitas à veniali peccato viz
haberi potest in hac vita, propter immunditiam
& pulverulentiam eius; iam & pulvis venialis de-
hæti pedibus etiam Apostolorum adhaesit. Ideo venialis
lavit eis pedes Dominus, & dixit: *Qui lotus peccato
est, non indiget nisi ut pedes lavet.* Sic nec hi comi-
nec hæstellæ, nec hi sancti penitus mundi fuerit in
conspectu eius, licet confirmati fuerint in gratia
per Spiritum sanctum, postquam nutaverant in
passione: *Ego confirmavi columnas eius.* Hoc de A-
postolis int. preteratur S. Augustinus. Nempè mul-
ta sunt quæ hoc in seculo delictorum venialium
nos caligine obvolvunt; ignorantia, concupiscentia,
inclinatio & contumacia, & cetera d. prava, volubilitas li-
guæ, æggravatio corporis, sollicitudo nimia. Hæc
omnia depriment nos ad terrena, & pulvere salte
veniali adpergunt. Interim non desunt varia con-
tra hæc remedia, ut impuritatem hæc absterga-
mus. Ad id enim servit aqua benedicta, unctio pe-
ccatoris; memoria passionis, compunctio cordis, cõ-
fessio oris, devotio erga Virginem, frequentatio
orationis, Rosarii vel Scapularis cum pio affectu
basulatio; & idè Virginis affectu humili & devo-
to dicere debemus: *Vitam præstam puram.*
Quantum ad immunitatem & puritatem à pec-
cato mortali, huic omnino advigilandum est. Et
certè nonnulli totam vitam suam ab omnium
copertaverunt sed hi pauci sunt, quia in hoc seculo
magis,

MANENTI

Ap. 4.

Epil. de rebus
endit
fit ad lo-
nar.

Vita pu-
ra ut
duplex
Vna à
veniali
peccato
Vna à
mortalis

Psal. 14.

Alia à
peccato
mortalis

gimus, quasi in Sødema quadam, non solum scin-
 tibus, sed & igne circumdaci. Inimò sumus hic velut
 in Ægypto quadam, grauilissimis tenebris & plagis
 afflicti: & quia cælum non respicimus; & Dei vo-
 cem audire differimus, sequitur quadoque pri-
 mogeniti mors, hoc est, animæ, quæ quolibet
 mortali peccato interficitur. Videmus quòd non-
 nulli inclinati sunt ad iram, aliqui ad gulam, alij ad
 auariciam, plerique ad libidinem, multi quoque
 ad superbiam & inuidiam; & quia hiæ passionibus
 non occurrunt per mortificationem, illis obse-
 quuntur per animæ deplorandam mortem. O
 quam multi putrefcunt tamquam iumenta in ster-
 core suo! O quam multi defixi sunt in facibus suis,
 & non reuertantur! O quam multi vestimentum
 habent mixtum sanguine pauperum! O quam multi
 conscientiam habent maculosam, in sicut panni men-
 struati! O quam multi variorum peccatorum vi-
 ceribus luiti putidi & derubati? Et tamen his o-
 mibus Maria cupit succurrere, vt vitam eis præ-
 stet puram: quia nec deignatur lordes nostras, nec
 vulnera, nec faeces, aut vicera. si ad eam compun-
 cto corde velimus recurrere.

Sopho c. 1.
Ija. 9.

B. M. V.
omnibus
viciam
prestare
puram est
parata.

c. 1. Mo.
nil. ex
Revel.
Brigit.

Orat. 2.
de dormit
Virg.

studio & amore complectamur, easq; socias adhiben-
 mus frequens ipsa Virgo ad famulos suos veniet, & sa-
 cum honorum omnium agmen trahet, Christum Fili-
 um suum, omnium Regem ac Dominum, in cordibus
 nostris habitantem assumet. Explicans autem que-
 nam sint vitia, quæ fugere, quæ virtutes, quas am-
 plecti nos oportet, dicit ibidem: Ipsa casta sum, &
 amatrix casti sum, si eum corpore mentem cauiam ha-
 buerimus, eius gratiam possidebimus. Egit istum. &
 omnes caro, os animi motus. Ab horret ingluuiem, im-
 puras cogitationes fugit, quasi factus viperarum.
 Turpia ac leuissima verba ac canitica reijcit. Odit ir-
 tumorem, inuidiam ac similitate non admittit, su-
 perbia factus animo hostili resistit. Paulo post idem
 iubiit: Horum autem contrarij deletantur, cum pu-
 ritate ac pudicitia illi palestre conuenit, pacem ani-
 mi que ueritatem complectitur, charitatem, miseri-
 cordiam, humilitatem, tamquam alumnas suas suis
 uicibus fouet. Et sicut ornate dicitur virtutum, ita omni
 uirtute deletantur, quasi particulari sua nota. Hac
 ille.

LECTIO XV.

Thema. Iter para tuum.

Notum est Christiano hic peregrino esse, & De varijs
 itinere debere laborare ac contem-
 plari quietis & felicitatis perpetue. Hoc e-
 quenter inculcat sacra littera: memores nos red-
 dunt peregrinationis nocte, vt simul desiderium
 excitent lupinæ gratiæ. Hinc illud Psalmista: Ad-
 uena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes Pa-
 tres misere misit mihi vt refrigerer, priusquam ab-
 eam, & amplius non ero. Quasi dicit: Ego sum hor-
 spes prope diem discessurus ad mortem, & pere-
 grinus in terra habito, sicut Patres mei expectant
 habitationem cælestem. Et quia coram te sum su-
 spirans, da mihi quietis aliquid & orij, gratiam que
 refrigerij, quæ uires mihi suppedientur, vt pietate
 conualecam; priusquam ex hac mortalitate ab-
 eam, quando amplius non ero in uis, nec operari
 valebo, quod meæ conducatur salutari.

De varijs
itinibus
vita hu-
nus &
vix, &
quæ duce
B. M. V.
sit inuen-
da.
Psalm. 38.

Contosimter Psalmista dicit Apostolus Petrus:
 Obsecro vos tamquam aduenas & peregrinos, abstr-
 nere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus
 animam. Omnis homo ad uena est nascendo, qui
 compellitur migrare moriendo, inquit S. August.
 q. 91. in Levit. Peregrini autem officium est, pacifi-
 ce transire, ad patriam anhelare, & redire ac tuto it-
 nere, quantum fieri poterit, peregrini omniaque im-
 pedimenta forti, constantia superare; æstum, frigus,
 famem, sitim ferendo.

Cæcærum, variæ sunt viæ, variæque itinera, quæ
 nos ab eitate faciunt à Patria, & ad mortem du-
 cunt. Quare monebat Sapiens. Ne delesteris in semi-
 tis impiorum, nec tibi placeat malorum uia. Hoc ex-
 plicans Hugo Cardinalis, sic subtiliter dicit: Ne tibi
 placet uia malorum, quia lutoza est in luxuria,
 vitia prompto animo vitemus, virtutes autem omni-
 sis, tenebrosa in iracundijs, spinosa in auaritijs, petrosa
 in in-
G

1. Pet. 2.
Prou. 4.

in detractoribus, cauermola in simulatoribus, monose
superbis. Impedimenta multa salutis & offendicula
reperiuntur in via qua ambulamus, multaque peri-
cula, ideoque merito in ea requirimus Duce[m] &
Lucem, ac propterea Mariæ dicimus. *Iter paratu-
m* Conquereretur David. *In via hac quâ ambu-
labam, absconderunt superbi laqueum mihi.* Et tu-
sus: *Luxta iter scandalum posuerunt mihi.* Postumus
& nos idipsum conqueri. Dum enim currere cupi-
mus per viam mandatorum Dei, vel per semitam
consiliorum eius, multiplices hostes occurrunt, &
obstacula ponunt, vt vel impingamus & labamur,
vel saltem retardemur. *Latet coluber in via cerastes
in semita, mordens ungulus equi, vt cadat ascensor
eius retrò.* Immo prædonibus via est obnoxia, qui
non solum spoliare nos nituntur, sed etiam enecare.
Via ista non minus periculosa est, quam illa,
quæ describitur in Evangelio ab Hierusalem in Ier-
icho. Nota sunt Dæmonis, Catinæ, Mundi, asul-
tus & insidiæ, quibus circumvenitur & à recto
ac angusto itinere abstrahimur, vt latas virtuosæ læ-
tuli vias sequamur, quæ quibsdam floridæ videntur
& iucundæ, sed præcipitium est in fine, teste
Sapiente: *Est via quæ videtur homini recta, & no-
uissima eius ducunt ad mortem.* In hac via Caro cum
Veneris milite prædatur quod pretiosum est. In hac
via munda cupiditas diuitiarum oculis offendit
caliginem, vt non advertatur præcipitium. In hac
via mille dolos & offendicula tendit Satan, ita vt
non liceat facile pertransire, nisi simus, instar ani-
malium mysticorum, quæ describuntur apud Eze-
chielem *plena oculis ante & retrò.* Immo oculi no-
bis sunt necessarii dextrorum & sinistrorum, sur-
sors & deorsum, vt quoquod versum respicientes
nobis caueamus.

Gen. 49.

Psal. 141.

Prov. 14.

Itineris
Israelit
ni, & vi-
ra nostra
via copia
ratio.

Psal. 141.

*Anxius ergo via contemque ducamque requiro,
Huic volo sit vita prouida cura mea.
Virgo Dei Mater, nostra spes certa salutis,
Si mihi in incerta duxeris, comesq; via.
Per medias acies, laqueos, mediosq; per hostes
Te comite & Virgo, se duce tutus ero.
Nil Caro, nil Mundus, Dæmon, famulusq; Ache-
rontis,
Ludere nil poterunt, se duce, se comite.*
Plonè simile est iter nostrum iueneri Israclitarum
ex Aegypto egredientium, & ad terram promissi-
onis contendentium. O quot obstacula sese eis op-
posuerunt! Ecce Pharaõ mox eos persequitur à
tergo. Deinde ante faciem Mare occurrit, & sese
opponit. Calor quoque diei & caligo noctis non
parum eis tædio sunt. Postea hostes insurgunt va-
rij, transiunt eis negantes. Vtcrius sterilis solitu-
do & insultum desertum ipsis denegat aquam &
panem, ita vt siti & egellate conficiantur. Deni-
que, serpentes igniuomi & pestiferi iter præcle-
dunt. Hæc autem omnia impedimenta superarunt,
primò per Virgam Moysis, quæ aperuit viam ma-
ris, vt in sicco ambularent per medium eius, & sepa-
rauit Pharaõnem in fluctibus cum exercitu suo, ac

postmodum conuertit petram in fontes aquarum.
Deinde per Columnam nubis obumbrantis in die
à fetore nimio protectionem sortiti sunt, & per
Columnam ignis flammantis in nocte caliginem
& tædium noctis superarunt. Præterea per brachia
Moysis extenta in oratione hostiles acies profliga-
runt; ac per eius vocem de caelo panem impetra-
runt; & cibaria in abundantia. Denique contra
serpentum motus medela eis exhibita est serpens
æneus in deserto exaltatus. In his præstis figu-
ra, in nobis veritas adimpletur peregrinatione
nostra.
MARIA se nobis ducem præbet, vt iter paretur
tum, donec ad terram promissam pertingamus.
Huic ipsa potest merito dicere illud, *Qui assem-
p-
danciam habet mei, barectabit terram, & possidebit
montem sanctum meum.* Et dicam: *viam facies præ-
bete iter, declinate de semita, auferite offendicula de
via populi mei.* Ipsa est Virga clemencie aperiens
nobis iter per mare, & ac fluctibus mergamur tra-
tans nos. Ipsa est Virga virtutis, hostes submergens.
Equitatus meus in curribus Pharaonis assimilati te
amica mea. O Virgo, tu es amica illa, quæ similis est
equitatu, quo Deus voluit Pharaõnem & omnes
eius curus ac exercitum profligare. Quomam verò
equitatu, quibus armis, quibus curibus vltus est
Deus, vt Pharaõnem subterteret? Totus equita-
tus, omnes curus, omnia arma, nonnulli in Virga
mare percutiente consistunt, vt funditus profligantur,
& parti viri, quæ sapore discretissimus fixum, sicco po-
pulum pede inasino inuere tranjmisit et; vni in
sub eiusdem Virga nutum redeunte natura, Aegypti-
nus exercitum vndarum concordas obrueret, vt lo-
quitur Tertul. Virgam autem hanc Mariæ typum
gestillit, iam sæpè diximus. Ipsa quoque est, quæ è
petra & rupe aquam nobis producit in peregrina-
tione necessariam; immò & panem de caelo addu-
cit, quo reficiamur & fortificemur contra omne
tædium & lassitudinem. Ipsa nobis seruit vt Co-
lumna ignis de nocte, Nubis de die, ad protegen-
dum, & iter præmonstrandum. Ipsius brachia in o-
ratione extenta qui quiddam, impetrant, victo-
riamque de inimicis nostris certam reportant. Deni-
que, ipsa contra serpentes ostendit nobis Filium
iuum, serpentis instar in cruce eleuatum, in quem
oculos & fiduciam jaciamus; ideo namque cruci
semper aditans depingitur. Præterea rursus et iure
reperimus. *Iter paratum, vt videntes Te sum, san-
per collate mar.* Quasi diceremus: Esto nobis Virga
directrix viam aperiens, esto Virga hostes con-
tens, esto Virga aquas consolationis deducens. Sint
brachia tua exte, vt vincamus; sit oratio tua & vox
thica, vt panis cælestis non deficiat; esto Dux via
in nocte, vt in die, esto Columna nostra duplex.
Si granet ipsa dies astu, si Roicida Nubes?
Quando premunt tenebra, Fulgor & ignis erit.
Antiqui dixerunt Mercurium Deum ac Ducem
esse viatorum, ac Præsidentem Indicemque viarum.
Quapropter cum colobans, vt feliciter auspica-
ceptus

Psal. 141.

Can. 1.

Lib. 4.

B. M. V.

nobis
Columna
ignis de
nubis de
die.

Mercuri-
us viator-
um Dux.

tenetur & perficerent iter suum; eiusque imagini
sera offerebant & lapillos, in via transeuntes in qua
collocata erat. Solebant autem Mercurio statuam
erigere in locis ambiguis, in bivijis, vel trivijis, ad in-
dicanda viarum diffinitima. Quare in trivio tria ei
dabant capita, & cuique intuebantur quoniam
quodlibet caput, & quaerit via per caput indicata
euceret. Hinc Adagium, *Mercurius Bisrons*, vel
Mercurius Triceps, quia solitum in ambiguis & an-
cipites. Adjacebat autem itarum cumulis lapidum,
quos offerrebat viatores, vt notior fieret itarua,
eamque hac ratione honorabant. Hinc & illud:

Prov. 26. *Qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, sic & qui
tribuit inipienti honorem.* De hoc Aceruo, & hac
Statua Mercurij, Praxidis & Dei viarum sic habes
apud Alcitraum, in Emblemate, cuius scriptum est:
Qua Dij vocat eundem,
In trivio Mons est lapidum, supereminet illi
Trunca Deo, effigies, peccatores facta tenus.

B.M.V. *Mercurij est igitur facies, super e viator
Serra Deo, rectum quatuor monstrat iter.
Omnes in trivio sumus, atque hoc tramite viis.
Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.*

Preses viarum & Index. *Ostendit certe nobis Deus viam, quam debemus
inire per MARIAM. Hac est Præses viarum & In-
dex; hæc lo. o Mercurij, obis est, procul fictus
Deus. Hi qui hætant incerti & ambigui quod ge-
nus vite amplecti debeant, ad Mariam recurrant,
& dicant: Ostendite mihi viam in qua ambulem. Illa
eis non decit, quasi post tergum mouens, & cir-
cens: Hac est via, ambulate in ea. Quicumque gra-
tue negotii, in suscipiendum habet, non auspicetur
nisi Matre auxilio invocato, & consilio; non am-
bulabit in tenebris, nec avertetur. Ipsa nempe tu-
tulum iter demonstrat & parat cunctis suis; & vi-
que ad extremum via non desinit, vt feliciter ad
optatum Portum appellat. Matrem enim præbet
non solum vt ducat, sed etiam vt introducat in lo-
cum æternæ securitatis. Hinc multis eam in fine vi-
tæ affuisse legimus, iter eis parando tutum contra
tentationes Demonis tunc frequentiores & vali-
diores, & postea in gloriam victores introducen-
do. De qua re cum iterum alibi a nobis dictum fuerit,
paucæ tantum hic exempla adijcimus ex factis
historijs, & gestis Sanctoium.*

Isa. 50. *Et appaui legem in extrema vite periodo
S Antonio de Padua recitanti in eius honorem
hymnum, O gloria, a Domina; cui hymno mira pie-
tate addictus erat, quia virtute illius sapius Sata-
nam, & eius tentationes supererat. Appaui autem,
& inire consolata est eum, impetrauitque ei Filij
sui visioem ante discessum ex hoc mundo; sic que
rata serenitate & pace ingressus est viam viuifica-
cantis, Maria parante et ieritutum, & ostendente
ei Iesum suum.*

B.M.V. *Sic S. Antonius Episc. Florentinus cum morte
luctans sæpe tepecebat illud: Sancta & immaculata
Virginitas, quibus te laudibus offeram. Idem verò
hoc recitasse putatur, & repetisse crebra voce, tum*

Exemp. *quod Virginitatem tota vita conseruasset, tum
quod ei cum morte luctanti B. Virgo adesset. Cum
autem Fratres coram eius lectulo Pfal. recitarent,
& ad illud pertraxissent: Oculi mei ad Dominum
semper, quoniam ipse euellat de laqueo pedes meos
manus & oculos eleuans, illum ipsum vestium re-
perit, nec vitia locutus est. Sic feliciter iter suum
peregit, adiuuante eam & ducente Maria, pedelique
eius de laqueo euertente, ad eos dirigendos in viam
pacis & æternitatis.*

*Notum est & de S. Dominico, quomodo ei a
Christo & B. Virgine Scala candidissima demissa
sit & celo, in cuius ima parte sedem inueniens, in
Cælum euectus est, Christi & Deiparæ manibus
Hilsoniani alibi reuoluit. Non repeto etiam de B. Re-
ginaldo, cui sacram vocationem Deiparæ proprijs
impedit manibus, vt præpararet ei iter tutum, &
luctatorem faceret contra omnes aduersarias Po-
teltates.*

quod Virginitatem tota vita conseruasset, tum
quod ei cum morte luctanti B. Virgo adesset. Cum
autem Fratres coram eius lectulo Pfal. recitarent,
& ad illud pertraxissent: Oculi mei ad Dominum
semper, quoniam ipse euellat de laqueo pedes meos
manus & oculos eleuans, illum ipsum vestium re-
perit, nec vitia locutus est. Sic feliciter iter suum
peregit, adiuuante eam & ducente Maria, pedelique
eius de laqueo euertente, ad eos dirigendos in viam
pacis & æternitatis.

Notum est & de S. Dominico, quomodo ei a
Christo & B. Virgine Scala candidissima demissa
sit & celo, in cuius ima parte sedem inueniens, in
Cælum euectus est, Christi & Deiparæ manibus
Hilsoniani alibi reuoluit. Non repeto etiam de B. Re-
ginaldo, cui sacram vocationem Deiparæ proprijs
impedit manibus, vt præpararet ei iter tutum, &
luctatorem faceret contra omnes aduersarias Po-
teltates.

Quid de S. Clara dicam? Cum in extrema ægrotet
agrimadine, vna ex Sanctimonialibus & F. i. natus
suis in spiritum eleuata, vidit turbam Virginum in-
gredientem, quarum quæque aureum sericum in ver-
tice gerebat. Gradiebatur inter eas quædam celsior, ex
cuius corona tantus splendor radiabat, vt noctem in-
diei lucem intra domum converteret: accedens autem
lectulum, in quo Clara iacebat, iuuuissimum ei & a-
mantiissimum exhibuit amplexum. Mox protulere
Virgines miræ pulchritudinis pallium, palmis adorn-
atum, quo Clara corpi se tegatur, & thalamus conde-
coretur. Sequenti die anima eius sanctissima egressa
est hoc pallio adornata. Dicebatque in extremis ani-
ma sua silenter: Vade securus, quia bonum habes con-
ductum itineris, quæ te creauit, sanctificauit, custodi-
uit, dilexit, tecum est. Nec ab ea longè aberat glorio-
sus conuictus. Nam se vertens ad Sororem sibi mini-
strantem, & interrogantem cui loqueretur, dixit: Lo-
quor anima mea benedictæ. Mox, subiunxit: an non
vides iuxta me Reginam gloriæ? Paulò post in sinu Regi-
næ & Matris suæ spiritum reddidit. Hæc in eius vita.

Memorie quoque proditum est, S. Hydungem,
Ducissam Polonæ, Deiparæ fuisse deuotissimam.
Vnde & hæc eius extrema fuisse morientis verba:
Maria Mater gratiæ, Mater Misericordiæ, tu nos ab
hoste proteges. & hora mortis suscipe. His dictis, os o-
culoque clausit. Memoratu verò dignum est, quod
eius in morte contigit. Gestare conueuerat imagi-
nem quandam Deiparæ, vt se per illam ad devo-
tionem & imitatioem illius excitaret. Cum autem

Surius 16
O. Joh.

Con-

Concludo, & in gratiam Sacerdotum & Pastorum Virginem pietatem & gloriam in plebe promovere suggestentium instructione vel concione, ad discipulos: *Cupimus videre Iesum*. Er ipse Doadijcio hoc exemplum ex lib. Vitæ PP. Prædicatorum, ubi sic legitur: *Fuit in Conventu Metensi Frater quidam abnegatione & contemptu sui valde exemplaris, lingua Gallica & Theuonica seruenter prædicans, maxime in pagis inter pauperes. Hic ob amorem Virginis semper in fine sermonis aliquod miraculum de ea narrabat, ad faciendum sibi bonum ei, ut vulgari idiomate dicere solitus erat. Contigit autem eum grauius infirmari extra Conuentum iuuu, voluitq; uci ad Hospitale pauperum, licet Sacerdos loci ei iuuu esset, hospitium, dicebat. n. conueniens esse pauperi. Fratrem inter pauperes uerisari, uisere, & mori in ea agritudine cantam delictorum suorum tristitiam concepit, ut gemitus inenarrabiles eum plandiu emitteret. At cum morti appropinquaret, Fratrem sibi seruientem excitauit circa mediam noctem, tanta lætitia exultauit, ut in uulnere corde, ore, manibus erumperet, crebro repetens: *Bene uenerit Domina mea charissima. Quia non sedet Domina mea honoratissima? Ego sum Capellanus & pauper Prædicat. u. uisere. Hic sepe repetit, ut uoce cepit cantare: Tu Theophilum desperantem rediisti ad gratiam. Et hoc aliquoties repetit. Postea sublimi uocaturus erigens uocem cantabat: Congaudet Angelorum chori Virgini gloria. Qui cantus ex officio FF. Prædicatorum desumitur. Frater autem timens ne aliqui cantantem audientes minus adificarentur, humiliter dixit ei: Frater, est ne bonum quod uos facitis, sic audiri? Cui ille: Ne crede, mi Frater, me ob hypocritam id agere, sed à laude gloriæ Virginis non ualeo cont. nere. Instante hora mortis eum obtulit, ceret, re: itabat facies Matutinas coram lectulo, eumq; ad ultimum uersum Psalterij per gisset. Omnis spiritus lau. et Dominum, eleuans manum æger, sicutum, ut po. ut. in dicit. & exemplo S. Vincentij illud aliquoties e. re. etens, omnis spiritus lau. et Domin. m. spiritum rediisti. & migrasti n. Christum. Maria ei præparante iter tutum, ut uideret Iesum.**

Pf. 350.

Observandum secundò, etiam post eius ascensum, electorum in hac uita maximè esse desiderium ad eius uisionem: & quia sciunt se facillè hic eum non posse uidere, saltem quoad fieri potest per fidem & contemplationem eum intuentur, ad perfectiorem uisionem aspirantes. Hoc significare uidentur illa Pfaltis uerba: *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Et iterum: *Quando ueniam & apparebo ante faciem Domini.* Fuerunt mihi lacrymæ meæ pannes die ac nocte, diem dicitur mihi quotidie ubi est Deus tuus. Audi S. Gregorium deplorantem quòd ad Pontificatum erectus sit, ubi iam contemplationem non ita potest. Sic enim loquitur: *Alia quietus mea gaudia perdisi, & intus cor meum, ascensisse exteriori uideor. Conabar enim quotidie, extra mundum, extra carnem fieri, cuncta phantasmata corporis ab oculis meis abigens, superna gaudia incorporealiter uideri. Et non solis uocibus, sed totis medullis cordis ad Dei speciem anhelas, dicebam: Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Nihil autem in hoc mundo appetens, nisi peritiam, uidebar mihi in quodam rerum uertice fixa, ut in me penè crearetur impletum, quòd per illam te, super altitudines terræ. Hæc de se S. Gregorius. Nota zelum, nota desiderium.*

Observandum tertio, beatitudinem nostram essentialem & primariam consistere in uisione Dei, siue diuinitatis, ex qua oritur perfectissimus eiusdem amor & fruitio consummata: Secundariam autem beatitudinem consistere in uisione faciei Christi & humanitatis eius, non solum secundum oculum spiritualem intellectus, sed etiam secundum oculum corporis post resurrectionem. Quapropter Homo tunc ultra Angelum habebit duplicem portionem, intus & foris cum contemplans oculos cordis & corporis: & sic erit quasi alter Benjamin, quia Christo Frater est ex utraque parte, ex parte scilicet Patris & Matris; Angelus uerum solum potest dici Frater Christi ex parte Patris æterni, sicut & cæteri fratres erant fratres Ioseph solum ex parte Patris sui.

Propterea ergò Mariæ specialiter dicimus: *Et Iesum benedictum, fructum uentris tui, nobis post hoc exilium ostende.* Electus nempe illum in gloria ostendet, etiam secundum humanitatem glorificatum, ex quo iudicabit illis haud uerè gaudium. Ex hoc ipsum est quod hic perimus: *Iter para sumus, ut uidentes Iesum, semper collatemur.* Quid est semper collatemur? Certe in hoc seculo letitia, si quandoque

LECTIO XVI.
Thema *Vi uidentes Iesum*
Semper collatemur.

De dimersa uisione Iesum desiderio & arueris beatorum gaudijs. Ante aduentum, Agg. 2. Gen. 49. In aduentu. I. 45.

Pro pleniore horum uerborum interpretatione obseruandum primò, summum fuisse desiderium ab initio mundi omnium Sanctorum, Patriarcharum & Prophetarum, immò & Angelorum uidere Iesum in carne: Hinc dictus est, *Desideratus cunctis gentibus. Item: Desiderium collum æternorum.* Cælum & Terra, omniaq; elementa, uidebantur eum ingemiscere, & quodammodo eum parturire. Hinc & in eius aduentu omnia ad lætitiã & plausum ad uocantur uoce Prophetarum: *Rorate cæli desuper, nubes pluant iustum, aperiantur terra & germinet Saluatorem.* Et iterum: *Lætetur cæli & exultet terra, commoueat mare & plenitudo eius, gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt, exultent.*

WANTU

doque adest, non potest diu durare, sed mox succedit tristitia, & extrema gaudij lacus occupat. Imo vix citius hic parum gaudium repetitur, sed ferè fere aliqua est mixtura: Postquam autem hanc vallem lacrymarum pertinsumus, & peregrinationem iungere turo & lecto compleuimus, tunc letitia erit perfecta, erit pura, erit perpetua in societate Christi, Virginis, & Angelorum, & Electorum omnium. Ibi ergò semper collatamur, socij & participes gloriæ & gaudij eorum.

Quod si vel hic pa & sincera meditatio gaudiorum, quibus Maria percipit fuit, dum adhuc in terris ageret, afficit animum pium gaudio & exultatione, quam sublimius afficiet animum participatio gaudiorum, quibus perfunditur in caelis: Sed & illorum nonnullas guttulas optat & hic refundere in corda sanctorum. Audi quod hac de re legitur in vita B. Anthonij Cornibout. *Septem gaudia, quibus delibuta fuit Dicitur Virgo in terra agens, quatuor in memoria reuocabat, & in eorum p a recreatione, iuuuiter quiescebat. Eius autem de uotionem ad sublimiora transferre uolens Virgo Mater, ipsi in N. oecimo existenti apparuit, & huius affata est uerba: Quia dilecti mei meditari tantum ea gaudia quibus in hoc mundo sui felicitate affecta. Recole etiam ea, quòd us nunc firmo in caelestibus. Quia autem essent ipsa sic declarant.*

Septem gaudia, quibus B. M. V. in caelis perfruitur.

1. Primo gaudio, quòd cum assumeret in caelum, supra quam sperauerat uel cognouerat, imò supra quam dici uel assumari potest, miso em mibi gloriam pararam tu ueni: ita ut solius gloria mea plenitudo percellat omnimodam gloriam Sanctorum omnium & Angelorum.
 2. Secundo gaudio, quòd sicut dies à Sole, sic tota gloria caelestis à mea beatitudine, copiosius effluens, letitia perfunditur.
 3. Tertio gaudio, quòd omnes Curia caelestis eius mihi morem gerunt, & Regi sui Matrem uenerantur.
 4. Quarto gaudio, quia summa Majestatis, & maiestatis est uoluntas: & quacunq; placuerit mea uoluntas, summa & insuisiua Trinitas benignissimo & paratissimo fauore uis conuenit.
 5. Quinto gaudio, quòd secundum uoluntatem meam arbitrium mihi seruientibus in hoc saeculo & futuro merces rependantur.
 6. Sexto gaudio, quòd super choros Angelorum exaltata, speciatu praerogatiua proxima sum SS. Trinitati, Sanctorum omnium iucundam societatem obtinens.
 7. Septimo gaudio, quòd omnino certissima, quòd gloria mea nunquam decrecet, nunquam deficiet. Cum hac B. Virgo famulo suo dignanter reuerasset, ual faciens ei, ab oculo euauit. Ille uo. d. Domina tua roboretur admonitionibus, deinceps ad seruiendum ei de uotior est effectus. Hec in eius uita.
- Horum omnium gaudiorum participes sunt electi omnes in Societate Iesu & Mariæ, ideoque ad eam Societatem adspirantes dicimus: *Irer paratum, ut uidentes te, um, semper collatamur.*

Advertendum itaque multiplicem esse letitiam in caelis ex multiplice occasione, ita ut propterea dicatur seruo fidelis: *Intra in gaudium Domini tu.* Ipsum uempè gaudium ad eò immenium est, ut non tam ipsum intret in gaudentes, quam ipsi gaudentes intrent in gaudium, uelut immergentes se in pelagus gaudij & letitiae. Est enim eis occasio gaudij infra & supra, ante & retrò, à dextris & à sinistris.

Matth. 21.

Dicitur & causa gaudiorum qua Sancti in caelis habent

Primo Deum uident supra se, ex cuius uisione, ut dicimus, Beatitudo essentialis dimanat. Vident Patrem, Filium, Spiritum sanctum, uident diuinam essentiam beatitudinis omnis Fontem, & in ea uident omnia mytheria. Vident & Christum, cuius uel solo radio in monte percepto Petrus exclamauit: *Bonum est nos hic esse. Faciamus tria Tabernacula.* Quanto uerò amplius est, totum illum Solem uandique radiantem facientes perfectissimè contemplati.

Matth. 17.

Secundo, à dextris & sinistris societas est eis Sanctorum, & cum Matre Christi, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, Confessoribus, uirgibus contortum. Si in hoc saeculo uerum est illud: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare Fratres in unum,* ubi tamca boni permixti sunt malis: quid erit, ubi nullus decit bonus, nullus permixtus malus? De hac societate dicebat S. Augustinus. *Hoc illa beata & gloriosa ciuitas in se magnum habebit bonum, quòd nulli superiori nullus inferior inuidebit. Sed sicut nec in corpore uisus oculus est, qui dignus est, nec pes, qui cecus, cum membrum utrumque continent carnis pacata compago: sic erit puratissimo concordie uinculo ei, qui manu bonum accepit, obstrictus, ut sibi sufficit animam, quod minus accepit. Ibi Ioseph cum fratribus suis inebriabitur ab uertate domus Dei & torrente uoluptatis: nec tamen fratrum quispian Benjamin inuidebit portionem suam duplicem.*

2.

Pf. 32.

L. 1. de Ciuitate

3.

Tertio ante se uidebunt cœtus Angelorum, qui sibi adhuc uiuentibus multiplex adiutorio iuerunt, & nunc uelut ministri Dei in suis officijs decentissimè & honorificentissimè circumstantes, in eam regem ministrant, & in uiratos ad eam in admittationem rapiunt, ita ut illud dicant quod Regina Saba Salomoni Regi: *Beati serui tui & hi qui assistunt coram te omni tempore.* O quanta cœtos afficiet letitia Angelorum uisio, cum quibus in æternum collatari dabitur, & in saecula saeculorum laudare & amare Deum!

3. Reg. 10.

Quarto, infra se uidebunt Demones deuictos, & Christiani nominis hostes: & exinde eis etiam exurget gloria & letitia. Alligabunt sancti Martyres suos hostes uelut in compediibus, & manica serent, & conculcabunt eos in camino ignis: *Ut faciant in eu uictum conscriptum, gloria uac est omnibus Iosio.* Sancti eius. In cuius rei figuram quidam Reges Aethiopicorum, qui afflixerunt populum Dei, comprehensi sunt, & uinctis manibus ac pedibus, à plebe uulcerunt conculcati. Hi symbolum gresserunt

4.

Pf. 149.

Iosio.

Primo, Sit laus Deo Patri, tamquam Patri Mariae, simulque tamquam Patri eiusdem cum ipsa Filij. Sit decus Christo, tamquam Mariae unigenito Filio sicut & Patri. Sit laus Spiritui sancto & honor, tamquam eius Spontio & Fecundatori.

Secundo, Sit laus Deo Patri, de cuius ore prodit primogenita ante omnem creaturam per praedestinationem & electionem. Sit laus & Summo Christo decus, qui cum oleo laetitiae praecolortibus replevit per diuinam vocationem & vniouem. Sit laus & honor Spiritui sancto, qui cam exornauit omnibus suis donis.

Tertio, Sit laus Deo Patri, propter Mariae creationem. Sit Summo Christo decus, propter Matre redemptionem. Sit Spiritui sancto honor, propter Mariae Inuestigationem. Sit Trinitati inuidua laus inuidua, propter Mariae glorificationem.

Quarto, Sit laus Deo Patri, qui suam Mariae communicauit potentiam. Sit Summo Christo & Filio Dei decus, qui suam ei communicauit sapientiam. Sit honor Spiritui sancto, qui suam ei communicauit bonitatem.

Quinto, Sit laus Deo Patri, qui cam constituit omnium nostrorum Matrem. Sit Summo Christo decus, qui cam diuini sui operis & redemptionis constituit Adiutricem. Sit Spiritui sancto honor, qui cam voluit esse salutis & sanctificationis nostrae Mediaticem.

Hae omnia ponderans, sic Mariam alloquitur S. Cyrillus Alexandrinus. Per te Trinitas sanctificatur, per te Crux pretiosa celebratur & adoratur toto orbe terrarum. Per te exultat Caelum, laetantur Angeli & Archangeli, fugantur Demones. & homo ipse ad Caelum reuocatur. Per te omnis creatura idolorum errore detenta conuersa est ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad sanctum Baptisma perueniunt, atque in toto orbe terrarum constructa sunt Ecclesia. Te adiutricem gentes veniunt ad perueniendam. Quid plura? Per te unigenitus Dei Filius, vera illa Lux, effulsit saeculis in tenebris & umbrae mortis. Per te Prophetae pronuntiaverunt, per te Apostoli salutem gentibus praedicauerunt. Quis poterit tuarum laudum encomia explicare Maria Mater & Virgo? Haec ille, Epinicia canens Mariana post victoriam reportatam de Nestorio eius hoste.

Omnia verò haec encomia Mariae in Trinum & vnum Deum refluunt, vt diximus, quia Maria opus est perfectissimum totius Sanctissimae Trinitatis ad extra, post humanitatem Filij: ideoque hic concluditur per haec verba: Tribus honor vnus; quia cum opera Trinitatis ad extra sint indiuisa, singulis Trinitatis personis ex hoc opere suo perfectissimo aequalis prouenit & inuidua honor.

Hoc significarum videtur S. Virgini Gertrudi, de qua sic legitur, li. 4. cap. 12. Inspirationum diuinae pietatis. In die Annuntiationis Dominice, sub Matruini, dum cantaretur Aue Maria, vidit tres riuulos effluentes, procedentes à Patre, & Filio, & Spiritu

sancto, cor Virginis Mariae suavissimo impetu penetrare & de corde ipsius riuulum effici impetuosiore suam originem repetere. Intellexit autem ex illo in fluxu Sanctissimae Trinitatis, hoc Beatissime Virgine donatum quod ipsa est potentissima post Patrem, sapientissima post Filium, benignissima post Spiritum sanctum. Agnoscit etiam, quod quoties Saluatio Angelica cum deuotione recitatur, praedicti riuuli efficaciori impetu superabundantes, circumfluunt Beatissimam Virginem. Et ex altero refluunt cor eius sanctissimum; scilicet cum mira delectatione repetunt Fontem suum. Ex illa autem redundatione, vna quadam gaudij & aeternae salutis resurguntur in omnes Sanctos & Angelos; & insuper in illos, qui in se re commemorant illam saluationem, per quam renouantur omne bonum in singulis, quod nunquam per saluiferam incarnationem Filij Dei sunt adepti. Haec ibi. Itaque a Maria gratia, gaudium, laetitia in nos quidem profluit, ac in beatas animas; refluunt autem tota laus & gloria in Sanctissimam Trinitatem, tamquam in originem & fontem omnis gratiae, gaudij & laetitiae, laudis & gloriae, quae in Maria reperitur, ac per eam alijs communicatur. Sic recte post omnes eius laudes & praeconia hic canimus & repetimus:

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto
Tribus honor vnus.
Concludo ergo hoc Opusculum Mariane Laudis verbis Viri pietissimi nostri saeculi, & dico: A te Augustissima Regina, quam sine fructu nullus implorat, etiam atque etiam reuerenter oro, vt hoc quaecumque obsequantia erga te mea testimonium ratum habere velis. Non sum ego Ephrem, fateor, vt cum illo dicere audeam: Dignare me laudare te, Virgo sacrata: Nec sum Damasceus, vt nouos Hymnos discitatus tuae spondeam: nec Ildaphorus, vt ob susceptam pro te certamina proprio munere cohonestet. Satis praemy retulero, si me albo tuorum, non dicam amicorum, sed filiorum, sed clientulorum & seruorum salutem adscribis patriis.

FIAT, FIAT.

OPVSCVLVM II,
MARIAE AVGVSTAE FIMBRIAE
VARIEGATAE.

Sive
DE VARIIS CELEBRITATIBVS
& Congregationibus Beatissimae
Matris.

Racolare institutum est plerisque in locis, vt Virginis Deiparae laudes singulis mensibus specialiter decantentur, siue in Sodalitate Rosarii, siue in Sodalitate Cat-

Honora
ria Ne
storium.